care res ad opatiōes. ¶ Ad p̄mū ꝯ 3^{am} ꝯnē dr̄. ꝙ ꝓ/
cedit ex falso itellectu ac si nos poneremꝰ ꝙ absolu
ta suba actꝰ electiōis sit a volūtate. ⁊ relatio sup illo
actu fūdata sit a solo itellectu. Et ad hūc sensū ar/
guit qui tñ scm̄ Tho. nō itelligit. cū eni dicit p̄ma 2^{e}
q. 13. arti. p̄. ꝙ illud qđ est materiale in electiōe ē vo/
luntatis. formale autē est rōnis non intelligit in illo
actu esse duo quidē. quoꝝ vnū sit a sola voluntate
⁊ aliud a sola ratione producatur ut arguens male
intelligit. sed quē sensum habeat in talibus locutio/
nibꝰ exprimit de veritate. q. 22. arti. 2° dicēs. Quā/
docūqꝫ sunt duo agentia ordinata 2^{m} agens dupli/
citer potest moueri uel agere. Uno mō s̄m ꝙ cōpe/
tit nature sue. Alio mō s̄m ꝙ cōpetit nature supe/
rioris agentis. Impressio enim superioris agentis
manet in inferiori ⁊ ex hoc inferiꝰ agens non solum
agit actione ꝓpria sed actione superioris agentis.
sicut spera solis mouetur motu proprio qui spacio
vniꝰ anni cōplet̄. ⁊ motu primi mobilis qui ē motꝰ
diurnus. Similiter aqua mouet̄ motu ꝓprio tēdē/
do in centrū ⁊ habet quēdā motū ex imp̄ssiōe lune
que mouet ipsam influxu ⁊ refluxu maris. Corpo/
ra etiā mixta habent quasdā opationes sibi ꝓprias
q̄ cōsequūt̄ nām q̄ttuor elemētoꝝ ut tēdere deorsū
calefacere ⁊ infrigidare. ⁊ hñt alias ex imp̄ssiōe cor
poꝝ celestiū. ut magnes attrahit ferrū. ⁊ q̄uis nul
la actio inferioris agentis fiat nisi p̄supposita actio/
ne superioris. tñ illa actio que cōpetit ei s̄m suā na/
turā attribuit̄ ei absolute. sicut aque moueri deor/
sum. Illa v̄o que cōpetit ei ex imp̄ssione superioris
agentis nō attribuit̄ ei absolute͂ in ordine ad aliud.
sicut influere ⁊ refluere dicit̄ esse ꝓpriꝰ motꝰ maris
non inq̄tum est aqua sed inq̄tum mouetur a luna.
ratio autem ⁊ voluntas que sunt potentie quedam
operatiue ad inuicē ordinate ⁊ absolute considerā/
do ratio est prior. q̄uis per reflexionem efficiat̄ vo/
luntas prior ⁊ superior inq̄tum mouet rationem.
Unde voluntas potest habere duplicem actū. vnū
qui competit ei s̄m suam naturam inq̄tum tendit
in propriū obiectum absolute. ⁊ hic actus attribui/
tur volūtati simpliciter ut velle ⁊ amare. q̄uis etiā
ad hunc actum presupponitur actus rationis. Aliū
v̄o actum habet qui competit ei s̄m ꝙ rationis im/
pressio relinquitur in voluntate. cum enim propriū
sit rationis conferre ⁊ ordinare quandocūqꝫ ī actu
volūtatis apparet aliq̄ collatio uel ordinatio talis
actus erit voluntatis non absolute sed in ordine ad
rationem. ⁊ hoc modo itendere est actus volūtatis
hec ille. Ex quo patet ꝙ sanctꝰ Thomas non inten
dit ꝙ in actu intentionis uel electionis sint aliqua
duo quorum vnū solum producatur a voluntate.
sed intendit ꝙ voluntas ex natura sua absolute ha
bet ꝙ velit ⁊ volitionem producat sed nō habet ex
se. imo ex hoc ꝙ mouetur ab intellectu ꝙ ī actu suo
sit collatio aut ordinatio vnius ad aliud. ¶ Ad 2^{m}
patet ꝑ idem. verūtamē h^{or} est falsa. s. ꝙ intentio sit
directio loquēdo de directione actiua. Unde sctūs
Thomas vbi supra ad 4^{m} dicit. Relatio actiua in
finem est ratiōis. eius eni est referre in finē. sed re/
latio passiua potest esse cuiuscūqꝫ directi uel relati
in finē ⁊ sic potest esse etiam volūtatis. ⁊ hoc mō re/
latio in finē ꝑtinet ad intentionē. hec ille. Et loquit̄
de relatione nō ut est habitudo. sꝫ ut est actio uł pas
sio. ⁊ similiter de directione. Ex quo patet ꝙ diri/
gere ad intellectū ꝑtinet. sꝫ actum directū ⁊ relatū
elicere est volūtatis licz nō absolute. sꝫ ut ē mota a
rōne. vñ a volūtate effectiue ē tā actꝰ q̄ fundat rela
tionē q̄ȝ relatio ī eo fundata sꝫ volūtas nō pōt elicē
actū q̄ fundaret relationē nisi ut mouet̄ a ratione.
¶ Ad 3^{m} siliter oīa cōcedūt̄ q̄uisqꝫ dicit. ꝙ volūtas
volēdo illud quod ē ad finē nō attingit finē nisi diri
gendo ⁊c. illud eni negatur. voluntas quippe non
dirigit. sed actum directū elicit ⁊ collatiuū alicuius
in finem. ut enim dicit sanctus Thomas p̄ma 2^{e}. q.
13. arti. 2° ad 3^{m}. In omnibus que mouentur a ra/
tione apparet ordo rationis mouentis. licz ipsa ra/
tionem non habeant. sic enim sagitta directe tendit
in signū ex motione sagittantis ac si ipsa haberet ra
tionem dirigentem. ⁊ idem apparet in motibus ho/
rologioꝝ ⁊ omniū humanoꝝ ingeniorum que arte
fiunt. hec ille. Et. q. 12. arti. p̄. ad 3^{m} dicit. Uolūtas
non ordinat. sed tamen in aliquid tendit s̄m ordinē
rationis. Et. q. 13. arti. primo ad p̄mū dicit. Electio
collationem importat precedentē non ꝙ essentia/
liter sit ipsa collatio. hec ille. Ex quibus patet ꝙ so/
lus intellectus dirigit. sed voluntas actum cōfor/
mē illi directioni elicit. ¶ Ad primū contra septam
ꝯnem negatur ꝙ incontinens nō applicet motum
appetitiuū ad determinationē consilij q̄diu habet
actum voluntatis. licz consiliū sit erroneū. Sicut eni

ponit scūs Tho. de malo. q. 3. arti. 9° in respōsiōe ad
7m argumētū. In omni actu virtutis uel pcti ē que-
dam deductio quasi syllogistica. tū aliter syllogiçat
temperatus: aliter intemperatus. ꝛ aliter continēs
ꝙ incontinens. temperatus ſm iudiciū ratiōis vtit
syllogismo triū propositionū: sic syllogiçans. Nulla
fornicatio est cōmittenda. hic act⁹ est fornicatio. igit
ꝛc. Intemperat⁹ vo totaliter sequit cōcupiscentiā
sic syllogiçans. Omni delectabili est fruendum. hic
actus est delectabilis. igit ꝛc. Similiter tā cōtinēs
ꝙ incontinēs dupliciť mouet. ſm rōnē quidē ad vi-
tandū pctm̄. ſm concupiscentiā vo ad cōmittendū.
sed in continente vincit iudicium rationis, in incōti-
nente vo cōcupiscentia. vn̄ vterqꝫ vtit syllogismo
quattuor ꝓpositionū uel ťminoꝝ ad ꝯtrarias ꝯnes.
Continens eni sic syllogiçat. Nullū pctm̄ est facien-
dum. hoc ꝓponit ſm iudiciū rationis. ſm vo motum
cōcupiscentie versat in corde ei⁹ ꝙ omne delecta-
bile est ꝓsequendū. sed quia iudiciū rōnis in eo vin
cit. assumit sub pmo hoc est pctm̄. ꝛ cōcludit. ğ nō est
faciendū. Incōtinēs vo in q̄ vincit mot⁹ cōcupiscē-
tie assumit sub 2° hoc ē delectabile. ꝛ ꝯcludit. igit ē
faciendū uel ꝓsequendū. hec ille. Eandē snīam po-
nit 2° sen. di. 24. q. 3. arti. 3° et pma 2e. q. 77. arti. 2°
ad 4m. Ex quibus patet ꝙ incōtinens dū consentit
applicat motū appetitiuū ad determinationē sui lꝫ
falsi cōsilij. intelligo tn̄ dicta sci Thome de peccāte
mortaliter. nō solum rōne circūstantie sed rōne ma
li voliti. nā cōtingit ſm eū peccare mortaliť sine tali
diuersa syllogiçatiōe. sicut patet de angelis ꝛ pmo
parente. ut alias videbit lati⁹. Sed cum reprobat
ista respōsio p arguentem. quia in incōtinente nō est
determinatio cōsilij sed subuersio. ꝛc. Dico ꝙ ꝙdiu
incōtinens p voluntatē consentit licꝫ ibi sit ligamē-
tum ratiōis: inqꝫtum ratio impedit ne recte estimet
de eligibili ꝛ agibili in vniuersali ꝛ particulari acci-
dentaliter. tn̄ nō sic est ligatus qn modo pdicto syllo
giçet ꝓponendo vnam falsam vniuersalē quā sug-
gerit passio subsumendo vnā pticularē verā. ut di-
ctū fuit. ꝛ hoc si sit ibi aliqs cōsensus volūtatis. Nā
ſm ꝙ dicit scūs Tho. pma 2e. q. 10. arti. 3° Immuta-
tio hominis p passionē dupliciter contingit. vno mō
sic ꝙ ratio totaliter ligetur: ita ꝙ homo vsum ratio-
nis nō habeat. sicut cōtingit in illis qui ꝓpter irā uel
cōcupiscentiam furiosi uel amētes fiunt siue ꝓpter
aliquam aliam perturbationem corporalem. hꝫ eni
passiones nō sine transmutatione corpali accidunt.
ꝛ de talibus est eadem ratio sicut de animalib⁹ bru-
tis que ex necessitate sequūť impetū passionis. In
his eni nō est aliquis rationis motus. ꝛ per ꝯns nec
voluntas. aliqn̄ autē ratio non totaliter absorbeť a
passione. sed remanet ꝙtum ad aliquid iudiciū ra-
tionis liberū. ꝛ ſm hoc remanet aliquid ex motu vo
luntatis. hec ille. Ex quibus patet ꝙ ſm eum volū-
tas nō agit si ratio sit totaliter absorpta a passione. ꝛ
per ꝯns nec ꝯsentit. omnis ğ cōsensus sequitur iudi-
ciū rationis siue recte siue erronee. nec est aliter pos
sibile fieri ſm eum. ꝛ in hoc secundus articulus ter-
minatur. ¶ Ad rationē vo in oppositum patet re-
sponsio per predicta. vti enim nō est referre ſm eēn-
tiam sed causaliter aut effectiue. quia. s. est act⁹ vo-
lūtatis ꝯformis actui rōnis referēti aliqd i alteꝝ ꝛc.

Quarto circa pri-
mam distinctionē querit. Utrū
vltimo fine p intellectum appre-
henso necessario fruatur crea-
ta voluntas. Et arguitur ꝙ nō.
Nihil est tam in ptāte volūtatis
ꝙ ipsa volūtas. ſm Aug⁹ p retractationū. Ex quo
colligitur ꝙ si actus voluntatis est in potestate vo-
luntatis mediate. multo plus imediate. sed in pote-
state voluntatis est velle finem ꝛ nō velle mediāte
intellectu. potest enim auertere intellectum a ꝯside-
ratione finis quo facto non volet ipsum. ğ stante cō-
sideratiōe poterit nō velle ut videtur. In oppositū
arguitur. Nam maiorem appetibilitatem habet fi-
nis in sua totalitate acceptus ꝙ aliqua pars ei⁹. sed
esse ꝛ viuere sunt partes integrales vltimi finis. iste
autem necessario appetunť: iuxta illud phi. 9. ethi⁹.
Esse ꝛ viuere est in omnibus eligibile ꝛ amabile. Et
illud. 3. poli⁹. Inest aliqua boni particula ad ipsum
viuere. vn̄ multa mala sustinent homines inītati ad
viuere tanqꝫ existente in ipso quodam solatio ꝛ dul-
cedine naturali. ğ tot⁹ finis qui includit esse ꝛ viue-
re necessario appetitur. In hac questione erūt duo
articuli. nam in p ponentur ꝯnes. in 2° mouebūtur
obiectiones. ¶ Quantum ad primū sit prima ꝯ ꝙ volū-
tas necessario vult finem vltimū apprehensum sub
ratione sua vniuersali. Et est intellectus ꝯnis ꝙ nō
est in potestate voluntatis ꝙ stante apprehensione
finis vltimi uel btitudinis sub vniuersali ratiōe opti-
mi boni ipsa volūtas nolit aut refugiat vltimū finē
Ista ꝯ ꝓbatur ex dictis sci Tho. multipliciť. prima
rō talis est. Sic se hꝫ finis i agibilibus sicut pncipia i
speculabilibus. ꝛ sic se habet intellectus in specula-
bilibus ꝙ de necessitate adheret primis principijs:
ꝙuis ꝯnib⁹ nō necessario adhereat. ğ volūtas vlti-
mo fini necessario adheret: ꝙuis eis que sūt ad finē
non necessario inhereat. Hāc rōnē ponit simaliť san-
ctus Tho. pma pte. q. 81. arti. p. Necesse inquit ē ꝙ
sicut intellect⁹ ex ncēitate inheret pmis pncipijs. ita
volūtas ex necessitate inhereat fini vltimo q est bti-
tudo. finis eni se hꝫ in opatiuis ut pncipiū in specu-
latiuis. ut dicit 2° physicoꝝ. oportet eni ꝙ illud qd
nāliter alicui cōuenit ꝛ imobiliť sit fūdamentū ꝛ pn-
cipiū oīuꝫ alioꝝ. qꝛ nā rei ē pmū in vnoquoqꝫ. ꝛ oīs
motus ꝓcedit ab aliq imobili. hec ille. Itē de malo
q. 3. arti. 3° vbi sic ait. Tam intellect⁹ ꝙ volūtas ex
necessitate tendit in illud ad qd nāliť ordinať. nāle
est eni determinari ad vnū vnde intellect⁹ ex neces
sitate assentit pmis principijs nāliter notis, nec pōt
eoꝝ ꝯrijs assentire. ꝛ siliť volūtas nāliť vult ꝛ ex ne-
cessitate beatitudinē. nec aliqs potest velle miseriā
vn̄ in intellectu ꝯtingit ꝙ ea q necessariā coherētiā
hnt cum pmis pncipijs nāliter notis ex necessitate
mouēt itellectū sicut ꝯnes demōstrate qn̄ apparet
ꝙ si negant oportet negari pma pncipia ex qb⁹ de

necessitate consequitur. Si vero sint alique ꝯnes q̄ non necessariam coherentiam habeant cum p̄mis principijs naturaliter notis. sicut cōtingentia ꝛ opinabilia. non cogitur his intellectus assentire. Similiter etiam neq̧ necessarijs que necessario cōnectūtur p̄mis principijs ex necessitate assentit antequam hꝫ necessariam connexionem cognoscat. sic igitur videtur eē circa voluntatē ꝙ volūtas ad nihil ex necessitate mouetur qḋ non appareat habere necessariam ꝯnexionem cum beatitudine que naturaliter est volita. hec ille. Sed ad hanc rationem dicit Aureolus ꝙ non concludit. p̄ quia potest reduci ad oppositum sic arguendo. Sicut se habet principiū in speculabilib⁹ sic hꝫ se finis in agibilibus. sed sic se habet principium speculabile respectu intellectus qḋ non solum vniuersalissimū principium de quolibet esse uel non esse necessitat intellectum. imo quodlibet particulare principium per se notum. sicut patet in mathematicis. ergo sic se habet finis respectu voluntatis ꝙ non solum finis vniuersalissimus ꝛ vltimus necessitabit voluntatem. imo etiam quilibet finis particularis. honor autē ꝛ voluptas ꝛ scientia q̄ sunt ꝑ se appetibilia ꝛ bona quedā. ut patet p̄ ethi. ergo apprehenso honore aut voluptate necessario voluntas cōplacebit ꝛ desiderabit si ratio ꝓ ꝯne sit bona. ¶ Confirmatur quia ph̄s 2° physicoꝝ non loquitur de principijs vniuersalissimis. nec de fine vltimo. sꝫ de quolibet principio ꝛ de quolibet fine de quo manifeste patet ꝙ non mouet necessario voluntatem alias humilis nō contemneret honores. nec temperatus voluptates. 2° quia quandocunq̧ ex vna similitudine reperta inter aliqua arguitur omnis similitudo inter illa est fallacia ꝯntis. sed ph̄us ꝛ cōmentator assimilant p̄ncipia fini. 2° physicoꝝ in ordine ad ꝯnīs ꝛ ea que sūt ad finem dicēdo ꝙ quemadmodū si principia sunt ꝯnes sūt. eodem modo si finis est ea que sūt ad finē sunt uel erūt. volēs ex hoc cōcludere ꝙ nō est i eis necessitas simpliciter sꝫ conditionata. ut patet ibidē. ergo concludens ex hoc necessitatem simpliciter cōmittit fallaciā ꝯntis. hec ille. Ista responsio nō infringit rationē predictam. nec reductio vsq̧quaq̧ ꝓcedit. Cum enim sanctus Tho. ponit illam maximā. s. sicut se habet principiū in speculabilibus. ita finis ꝛc̄. nō solum intelligit de principio illo vniuersalissimo: de quolibet esse uel nō esse ꝛc̄. imo de quolibet p̄ncipio indemonstrabili intendit. ergo ꝙ sicut se habet tale principiū ꝑ se notum ꝛ indemōstrabile a priori in speculabilibus. sic se habet finis q̄ nō est ꝓpter aliud appetibilis in agibilibus. ꝛ nō intēdit loq̧ de finib⁹ q̄ ad alios fines vlteri⁹ ordināt̄. ꝛ sunt propter alios appetibiles. modo cōstat ꝙ loquendo de tali fine clara est illa maxima. ꝛ optime ꝓbat ꝯnem. sed arguēs i sua reductiōe eā male accipit. ꝛ ꝯñter male subsumit. quia sanctus Tho. solū facit cōparationē inter p̄ncipiū indemōstrabile ꝛ finē nō ordinabilem in aliud. Confirmatio itē nō valet dico enim ꝙ ph̄s 2° physicoꝝ loquitur de quolibet fine ꝛ de quolibet principio sꝫ ꝙ eodē modo se habet principiū in speculabilib⁹ sicut finis i agibilibus q̄tum ad hoc ꝙ p̄ncipio intellect⁹ assentit propter se si accipiat̄ ut p̄ncipiū: ꝛ ita fini ut finis est voluntas adheret ꝓpter se. Et sicut principio indemōstrabili intellectus nō pōt dissentire. ita nec a fine irreferibili volūtas pōt resilire. sicut autē principijs non ꝑ se notis nec indemōstrabilib⁹ intellectus nō necessario assentit. ita nec finem ad aliud ordinabilē voluntas necessario vult. ꝛ ita finis ꝛ principiū proportionabiliter accepta semꝑ eodē modo se habēt. Illud autē qḋ 2° arguit nō valet. non enim est fallacia ꝯntis in argumento nostro. nec nos ex vna similitudine reperta inter principium ꝛ finē inferim⁹ qualibet. licꝫ enim ph̄s 2° physicoꝝ postq̄ dixerat ꝙ sicut se habet finis in agibilibus sic se habet principium i speculabilib⁹. statim post applicet illam maximam ad illā similitudinē quam arguens recitat. tamen nō solum illa similitudo de qua Ar. ibi loquitur est inter finem ꝛ principium. sed etiā illa de qua loquimur in argumento. ut patet 7° ethicoꝝ. ca. 8. vbi dicit Ar. In actionibus autē ꝙ cuius gratia p̄ncipiū. sicut in mathematicis suppositiōes. ꝛ ibidē statim dat similitudinē ex qua arguim⁹ i ꝓposito. Dicit enim ꝙ sicut in mathematica suppositiones nō docent̄ ꝑ rōnem sed ꝑ quandā virtutē naturalē eisdem assentit̄. ita est de finibus i materia moraliū ꝙ appetit⁹ finis nō est ꝑ doctrinā sed ꝑ naturā loquēdo de fine in generali uel ꝑ assuefactionem loquendo de recto fine in particulari. ꝛ sic patet ꝙ arguentis obiectio non ꝓcedit. ¶ 2ª rō principalis ꝓ eadem p̄ma ꝯne talis ē. Omnis motus reducitur ad aliquod imobile. sicut patet de motibus animalium. animal enim non moueretur nisi alicui imobili inniteret̄. sed volūtas mouetur ad diuersa obiecta. ꝛ habet se mobiliter ad ea ꝛ contingenter. ergo necesse est ꝙ in aliquo obiecto immobiliter figatur. illud autem non potest esse nisi vltim⁹ finis. ergo vltimū finem de necessitate vult. Istā rōnē ponit similiter sanctus Tho. p̄ma parte vbi recitaui. in qua recitatione etiā medium huius rōnis tactum fuit in fine. Idem mediū tangit de veritate q. 16. arti. 2° vbi ait. Natura in omnibus operib⁹ suis bonum intendit. ꝛ ꝯseruationem eoꝝ que per operationē nature fiunt. ꝛ ideo in omnibus nature operib⁹ semper principia sunt permanentia ꝛ imutabilia ꝛ rectitudinem conseruantia. Principia enim manere oportet. ut dicit̄ p̄ physicoꝝ. nō enim pōt esse firmitas uel certitudo in his que sūt a principijs. nisi ipsa p̄ncipia eēnt firmiter stabilita. ꝛ inde est ꝙ oīa mutabilia reducunt̄ ad aliqḋ p̄mū imobile. inde est etiā ꝙ oīs speculatiua cognitio deriuat̄ ab aliq̄ certissima cognitiōe circa quam error eē nō pōt. que est cognitio p̄moꝝ p̄ncipioꝝ vniuersaliū ad que oīa alia cognita examinant̄ ꝛ ex quib⁹ oē verū approbat̄. ꝛ omne falsū respuit̄. in quib⁹ si aliq̄s error posset accidere nulla certitudo in sequēti cognitiōe inueniret̄. vnde ꝛ in opib⁹ hūanis ad h̄ ꝙ aliq̄ rectitudo i eis eē possit oꝫ eē aliqḋ p̄ncipiū ꝑmanēs qḋ hēat rectitudinē immutabilē ad quod oīa opa examinent̄. ita ꝙ illud p̄ma-

cipium permanens omni malo resistat. ꝛ omni bono assentiat. ꝛ hec est synderesis. hec ille. Sicut autē posuit circa intellectum. ita habet ponere circa voluntatem. presertim quia s̄m eum ꝛ p̄hm ita se habet finis agibiliū respectu volūtatis sicut p̄ncipiū i speculabiliū respectū intellect⁹ ut p̄us patuit. eodē aūt modo vtit̄ i multis alijs locis ad idē ꝓpositū ɔfirmādū. Ad hanc rōnē dicit Aureolus ꝙ nō valet. quia pōt reduci ad oppositū. sic arguendo. Omnis mot⁹ reducitur ad aliquod imobile. sed volūtas desiderās ꝓpter se sanitatē mouet̄ ad potionē. ḡ in illa motione oportet aliqd imobile reperiri. sed hoc est falsum quia voluntas nec immobiliter in desiderio sanitatis nec in desiderio potiōis quiescit. ḡ nō est verū ꝙ ois motus volūtatis reducat̄ ad aliqd in q̄ volūtas imobiliter quietet̄. Nec valet si dicat̄ ꝙ in appetitu potionis ꝓpter sanitatē nō oportet poni aliquid imobile. q2 appetitus sanitatis ē ꝓpter felicitatem. nō valet inquā. q2 p̄hus dicit p̄ metaphisice ꝙ scire appetit̄ propter seipsum ꝙ nullū aliud bonū debeat euenire. manifestat aūt h̄ sensuum dilectio. ḡ in isto motu p̄ciso quo qs appetit aliquid ꝓpter scire aut ꝓpter videre nō occurrit obiectū aliqd cui voluntas inhereat imobiliter ꝛ de necessitate. Preterea iō animalia nō mouent̄ nisi alicui imobili innitāt̄. q2 mouent̄ p̄ impulsionē. pars aūt impellens partem aliā necesse ē ut figat̄. sed voluntas nō mouet se p̄ impulsionē sed p̄ ꝓpriā libertatē. ḡ non indiget aliq̄ imobili. hec ille. Sed ista responsio nō procedit. nec reductio valet. imo respōsio quā arguēs recitat sufficienter euacuat reductionē. Sicut eni ꝓbat sctūs Tho. p̄ma 2ᵉ. q. j. arti. 6ᵒ. Necesse ē ꝙ oia q̄ hō appetit ꝓpter btitudinē: appetat ꝓpter vltimū finē. Et h̄ inqt apparet duplici rōne. Primo q2 quicquid hō appetit: sub rōne boni appetit. qd̄ quidē si nō appetit̄ ut bonū pfectū qd̄ ē vltimus finis. necesse est ut appetat̄ ut tendēs in bonū pfectū. q2 sp̄ inchoatio alicui⁹ ordinat̄ ad cōsūmationē ipsi⁹. sicut patet tā i his q̄ fiūt a natura q̄ in his q̄ fiūt ab arte. ꝛ iō ois inchoatio pfectiōis ordinat̄ in pfectionē cōsumatā q̄ est p̄ vltimū finē. 2ᵒ quia vltimus finis h̄ modo se habet in mouēdo appetitū sicut se habet in alijs motionib⁹ p̄mū mouēs. manifestū ē aūt ꝙ cause secūde mouētes nō mouēt nisi s̄m ꝙ mouent̄ a p̄mo mouente. vn̄ secūda appetibilia nō mouēt appetitum nisi in ordine ad p̄mū appetibile qd̄ ē vltimus finis hec ille. Idē ponit 4ᵒ sen. dis. 49. q. j. arti. 3ᵒ. q̄stiuncula 4ᵃ. vbi sic ait. Scd̄m p̄hm 7ᵒ ethi⁹ in ordine appetibiliū finis hoc modo se habet sicut p̄ncipiū i ordine intelligibiliū. q2 aūt illud qd̄ est p̄mū in aliquo genere ꝛ maximū est causa eoꝝ que sūt. p[illegible]. ideo cognitio principij in speculatiuis ē causa cognitiōis oiū alioꝝ. Et similiter appetit⁹ finis est causa appetendi oia alia que sūt ad finē. vn̄ cū btitudo sit finis humane vite. quicqd volūtas appetit facere ad btitudinē ordinat. qd̄ etiā expimēto patet. quicqd eni appetit aliqd: appetit illud in q̄tū estimat illud bonum. p̄ hoc aūt ꝙ aliquis habet aliqd qd̄ estimat bonum reputat se ut btitudini propinquiorem. q2 additio boni super bonū facit approximare bono perfecto qd̄ est btitudo. ꝛ iō quilibet appetit⁹ i btitudinem ordinat̄. hec ille. Cum aūt obijcit ɔ̄ hoc arguēs ꝙ scire appetit̄ non ꝓpter aliud ꝛc̄. Respōdet sanctus Tho. p̄ma 2ᵉ. vbi sup. ad 2ᵐ. vbi facit eandem obiectionē. ꝛ dicit. Scientia speculatiua appetit̄ ut quoddā bonū speculantis qd̄ apprehendit̄ sub bono cōpleto. qd̄ est vltimus finis. licꝫ non appetatur ꝓpter aliud extrinsecū. sicut similiter dicit de ludicris que licꝫ non ordinent̄ ad finē aliquē extrinsecū. tn̄ ordinant̄ ad bonū ipsius ludentis ꝓut sunt delectabilia vel requiē p̄stātia. bonū aūt hoīs ɔsumatū ē vltim⁹ eius finis. Sciendū tn̄ ꝙ cum dicim⁹ ꝙ in omni nostro appetitu appeti[t̄] btitudo. sic est intelligendū sicut ipsemet dicit ad 3ᵐ. Non oportet inqt ut sp̄ aliquis cogitet de vltimo fine quicūqꝫ aliquid appetit aut opatur. sed virtus p̄me intentiōis que ē respectu vltimi finis manet in quocunqꝫ appetitu cuiuscunqꝫ rei. etiā si de vltimo fine actu nō cogitet̄. sicut non oportet ꝙ qui vadat per viam in quolibet passu cogitet de fine. hec ille. Ex quib⁹ patet ꝙ appetit⁹ beatitudinis virtualiter ꝛ si nō actualiter remanet in quolibet appetitu. ꝛ in illa figitur appetit⁹ licꝫ mutabiliter se habeat respectu alioꝝ. Cum aūt vlterius dicit arguēs ꝙ nō est simile de fixione animalis mouentis se per impulsum ꝛc̄. dico ꝙ licꝫ voluntas nō moueatur p̄ impulsū. tn̄ oportet ꝙ in aliq̄ obiecto figat̄ circa quod sit determinata. ꝛ qd̄ naturaliter velit. Sicut eni dicitur de veritate. q. 22. arti. 5ᵒ. Volūtas quedā natura est. quia oē qd̄ in rebus inuenit̄ natura quedā est. ꝛ ideo in voluntate oportet inueniri nō solum qd̄ est voluntatis sed etiā quod est nature. hoc aūt est cuiuslibet nature create ut a deo sit ordinata in bonum naturaliter appetens illud. vn̄ ꝛ ipsi voluntati inest quidam naturalis appetitus boni sibi conuenientis. ꝛ propter h̄ habet appetere aliquid s̄m ꝓpriā determinationē. nō ex necessitate. qd̄ ei competit in q̄ntum volūtas est. sicut aūt est ordo nature ad volūtatem. ita se habet ordo eoꝝ que volūtas vult naturaliter ad ea respectu quorum voluntas ex seipsa determinatur: non ex natura. ꝛ ideo sicut natura est voluntatis fundamentum. ita appetibile quod naturaliter appetitur est aliorum appetibilium principium ꝛ fundamētū. in appetibilibus autem finis est fundamentū ꝛ p̄ncipium eorum que sunt ad finem: cum ea que sunt ad finem nō appetantur nisi ratione finis. ꝛ iō illud quod volūtas de necessitate vult: q̄si naturali inclinatione in ipsum determinata est finis vltimus ꝛ beatitudo. ꝛ ea que in ipso includuntur: ut esse ꝛ cognitio veritatis ꝛ h̄mōi. ad ea vō nō de necessitate determinatur naturalis inclinatio sed propria dispositione absqꝫ omni necessitate. hec ille. Ex q̄bus patet quomodo libertas volūtatis fundat̄ in natura ꝛ quō voluntas in aliquo figitur ex cuius volitiōe ad alia ꝓcedit. ꝛ si talis ꝓcessus sit īpulsio. cū. s. volūtas actuata appetitu finis mouet se ad volēdū ea

que sunt ad finē tolerabile est. ꝛ erit simile de motu animaliū ꝛ de motu volūtatis. vñ sanct⁹ Tho. pͥma 2ͤ. q. 9. arti. 3ͦ. dicit. Hoc modo se habet finis i appetibilib⁹ sicut pͥncipiū i itelligibilib⁹. manifestū ē aūt ꝙ intellect⁹ ꝑ h̄ ꝙ cognoscit pͥncipiū reducit se de potentia in actum ꝗ̄tū ad cognitionē ꝯnū. ꝛ simılr̄ voluntas ꝑ hoc ꝙ vult finē mouet seipsam ad volendū ea q̄ sunt ad finē. hec ille. ¶ 2ᵃ rō pͥncipalis ꝓ pͥma ꝯne talis ē. Uolūtas necessario vult illud cui⁹ ꝑticipatione oīa vult. sed btitudo ꝛ vltim⁹ finis est hmͅ. q꞉ quicqd appetit̄ a volūtate appetit̄ ꝓpter pticipationē btitudinis. ut patet ꝑ p̄dicta. ḡ beatitudo erit necessario ꝛ naturaliter volita. ⁊Pōt similr̄ sic argui. Motus secūdi mouentis ꝑ impressionē pͥmi mouentis tendit in eūdē finē q̄ tendit pͥmū mouens Si enī in aliū mouet̄ iam nō mouet̄ ꝑ impͥssionē primi mouētis in ipsū. sed voluntas in oīa q̄ vult mouet̄ ex desiderio finis. ḡ nihil vult i q̄ nō icludat̄ finis desideriū. nec etiā resilibit ab aliq̄ nisi ex desiderio finis. sequit̄ ḡ ꝙ nō pōt resilire a fine ꝛ ꝑ ꝯñs de necessitate vult finē sibi ꝑ intellectū ostensū. Ista media tangit scūs Tho. 4ͦ sen. vbi ē. ꝗstiūcula 2ᵃ vbi ait. Opatio cause secūde fūdat̄ i opatōe cause pͥme ꝛ p̄supponit eam. ꝛ iō oportet ꝙ oīs opatio aīe ꝓcedat ex suppositiōe ei⁹ quod ē ex impͥssiōe pͥmi agētis. s. dei. ꝛ ideo videm⁹ ex pte intellect⁹ ꝙ ad nihil intelligendū aīa pōt ꝓcedere nisi ex suppositiōe illoꝝ quoꝝ cognitio est ei innata. ꝛ ꝓpter h̄ non pōt assentire alicui qđ sit ꝯ̄riū pͥncipijs que nālr̄ cognoscit. ꝛ similiter oportet eē ex pte volūtatis. vñ cū ex impressiōe pͥme cause. s. dei hoc aīe insit ut bonū velit ꝛ ꝑfectū bonū tanꝗ̄ finē vltimū appetat. impossibile est ꝙ ꝯ̄riū illi⁹ in ei⁹ appetitu cadat. hec ille. Idē ponit ibidē ꝗstiūcula pͥma dicēs. In ordine mobiliū ꝛ motoꝝ oportet duos motores ordinari in finē primi motoris ꝑ dispositionē eis impͥssā a pͥmo motore sicut patet cū aīa mouet manū. ꝛ man⁹ baculū. ꝛ baculus ꝑcutit. qđ est finis intent⁹ ab aīa. bacul⁹ ꝛ manus tendūt in finē intentū ab aīa. ꝑ hoc ꝙ aīa in eis impͥmit mediate ul̄ imediate. ꝛ q꞉ oīa ꝓcedūt a deo inꝗ̄tū est bon⁹. ut dicit Aug⁹ ꝛ Dionysi⁹. iō oīa creata ſm impͥssionē a creatore acceptā inclināt̄ i bonū appetēdū ſm modū suū. ꝛ iō sicut q̄libet res nālr̄ appetit bonū suū ita q̄libet creatura rōnalis nālr̄ appetit suā btitudinē. hec ille. Hoc etiā mediū inuit de ṽitate. q. 22. arti. 2ͦ. vbi sic ait. Oīa naturalr̄ appetūt deū implicite. nō aūt explicite. Ad cui⁹ euidētiā sciendū ꝙ cā secūda nō pōt influere in suū effectū nisi inꝗ̄tū recipit ṽtutē pͥme cause. Sicut autē influere cause agentis ē agere. ita influere cause finalis ē appeti ꝛ desiderari. ꝛ iō sic secūdariū agens nō agit nisi ꝑ ṽtutē pͥmi agentis existētē in eo. ita secūdarius finis nō appetit̄ nisi ꝑ ṽtutē pͥncipalis finis in eo existentē. ꝓut. s. ē ordinatū uel habet similitudinē ei⁹. ꝛ iō sicut deus ꝓpter h̄ ꝙ est pͥmū efficiens agit in oī agente. ita ꝓpter h̄ ꝙ est finis vltim⁹ appetit̄ in oī fine. sed h̄ est appetere deū implicite. Sic enī ṽtus pͥme cause ē in secūda ut etiā pͥncipia i ꝯnib⁹. resoluere aūt ꝯnes i pͥncipia uel cās secūdas in primas ē tm̄ ṽtutis rōnalis. vñ solū rōnalis nā secūdarios fines in ipsū deū ꝑ quādā viā resolutiōis deducere pōt ut sic ipsū explicite appetat. ꝛ sicut in demōstratiuis sciētijs nō recte sciūt̄ ꝯnes nisi ꝑ resolutionē ad pͥma pͥncipia. ita appetit⁹ creat̄e rōnalis non ē rect⁹ nisi ꝑ appetitū explicitū ipsi⁹ dei actu uel habitu. hec ille. Ex quib⁹ patet ꝙ nō solū voluntas imo q̄libet creatura appetit nālr̄ ꝛ necessario vltimū finē. nec illū pōt nolle aut actu positiuo refugere. Hanc tñ rōnem nititur vbi sup̄ infringere. dic. n. ꝙ pōt ad oppositū retorq̄ri sic arguēdo. Uolūtas nō necessario vult illud sine cui⁹ ꝑticipatiōe aliquid vult. sed volūtas appetit noticiā ṽitatis: esto ꝙ nihil aliud debeat euenire. imo p̄scidēdo oē bonū pōt velle ipsū scire. igit̄ volūtas nō necessario vult finē quo p̄ciso adhuc pōt appetere aliud ꝓpter se ꝛc̄. ⁊Preterea volūtas nō necio vult illud cui⁹ ꝑticipatiōe vult quicqd vult nisi determinet̄ circa ea de necessitate q̄ vult. sed volūtas quātūcūq̧ velit aliquid ꝑticipatiōe vltimi finis. nō tñ necessitat̄ ad illud volendū. igit̄ nec de necessitate vult finē. ⁊Preterea volūtas necessario vult illud cui⁹ ꝑticipatiōe vult quicqd vult. sed estimās deū esse summū bonū estimat ꝑticipatiōe ei⁹ volēdū esse qcqd vult. ḡ manifeste illa estimatione de necessitate vult deū. hec autē estimatio manet in quolibet fideli. ḡ fidelis de necessitate vult deū. ⁊Preterea volūtas pōt velle oē qđ ꝑticipat rōnē vltimi finis ꝛ sūmi boni. ḡ p̄sente sūmo bono volūtas pōt vti sua libertate in nō volēdo finē. Aut igit̄ volūtas vtet̄ sua libertate. ꝛ sic nō necessario volet. aut nō vtet̄ ꝛ tñ volet vti. ꝛ sic coget̄ in volendo finē. qđ est incōueniens manifestū. hec ille. Ista aūt reductio ut ex p̄missis patet rationē nr̄am aliquaten⁹ nō infringit. In pͥma nāq̧ reductione falsū assumit̄ in minore. s. ꝙ scia uel cognitio nō appetat̄ ꝓpt̄ btitudinē ut superi⁹ extitit declaratum. 2ᵃ etiā reductio falsum sumit in maiore. nō enī oportet ꝙ si aliqd appetit̄ ꝓpter finē necessario volitum ꝙ illud necessario appetat̄ nisi appareat necessaria habitudo illi⁹ ad finē cuiusmōi sūt eē ꝛ viuē ut in pͥma responsiōe dictū fuit. 3ᵃ nihilomin⁹ reductio verū concludit vno modo nō aūt alio mō. ut. n. dictū fuit nō solū quilibet fidelis imo q̄libet creatura necessario vult deū implicite. nec aliqs pōt deū odire aut respuere in se. licꝫ possit odiri in effectib⁹ suis. vñ scūs Tho. de ṽitate. q. 22. arti. 2ͦ. ad 3ᵐ. dicit. Deus pōt dupliciter cōsiderari. s. in se. ꝛ in effectibus suis. In se quidē cū sit ipsa essentia bonitatis nō pōt nō diligi. vñ ab oībus eū videntib⁹ ꝑ essentiā dilig[illegible] ꝛ ibi quantū quisq̧ cognoscit tantū diligit. sed in aliquibus effectibus suis inꝗ̄tum sunt cōtrarij voluntati. sicut sūt ꝑ ene illate aut precepta que grauia videntur: ipse de⁹ refugit̄. ꝛ quodāmō odio habet̄. ꝛ tñ oportet ꝙ illi q eum ꝗ̄tum ad aliquos effectus odiunt. in alijs effectibus diligant eum. sicut ipsi demones ſm Dionysium 4ͦ caͦ. de diuinis nominibus appetunt esse ꝛ viuere naturaliter. ꝛ in

hoc ipsum deum appetit ⁊ diligit. hec ille. 4ª ad reductio non obstat. dico eni q̄ p̄sente sūmo bono ꝑ essentiā viso volūtas nō potest velle vti sua libertate illo modo quo dicit arguens. s. non volēdo ipsū sūmū bonū. ut post dicet. Similiter dico q̄ si intellectus in via apprehendat sūmū bonū sub rōne btitudinis uel felicitatis voluntas nō potest illud nolle aut odire. potest tñ intellectū auertere a consideratione sūmi boni. ⁊ sic volūtas nō habebit actū circa illud. ⁊ hoc ꝑ sequentes ꝯnes explicabit̄. nō ḡ sequitur aliqua coactio in volūtate si nō pōt deū clare visum nō velle aut deū sub ratiōe sūmi boni uel beatitudinis apprehensū odire. cuius causam assignat sanctus Tho. de veritate. q. 22. arti. 5° dicēs. Quis aūt quadā necessaria inclinatione vltimū finem velit volūtas. nullo tñ modo concedendū ē q̄ ad illud volendū cogat̄. Coactio eni nihil aliud ē q̄ violētie cuiusdam inductio. Violentū aūt s̄m phm 3° ethicoꝝ est cuius p̄ncipiū ē extra nihil conferēte vim passo. sicut si lapis sursum ꝓiciat̄. q2 nullo mō de se ad hūc motū iclinat̄. s3 cū ipsa volūtas sit q̄dā inclinatio eo q̄ est appetit⁹ quidā. nō potest ꝯtingere ut volūtas aliquid velit. ⁊ inclinatio eius nō sit i illud. ⁊ ita non pōt ꝯtingere ut volūtas aliquid velit coacte uel violenter. etiam si aliquid naturali inclinatione velit. Patet igit̄ q̄ volūtas nō necessario aliquid vult necessitate coactionis. vult tñ aliquid necessario necessitate naturalis iclinatiōis. hec ille. Idem ponit p̄ma pte. q. 82. arti. p̄. Dico igit̄ q̄ l3 vti sua libertate sit quedā participatio btitudinis. tñ nō taliter vti libertate odiendo btitudinē. aut nolendo deū clare visū. Libertas eni arbitrij que dicit̄ contradictiōis attendit̄ circa ea que sūt ad finē. sicut ⁊ electio. ⁊ non circa finē. ut dicit sc̄us Tho. p̄ma pte q. 19. arti. 10° vbi dicit. Liberū arbitriū habemus respectu eoꝝ q̄ nō necessario volum⁹ aut naturali instinctu. non eni ad liberū arbitriū ꝑtinet q̄ volum⁹ esse felices. sed ad naturalē instinctū. vn̄ ⁊ alia aialia que naturali instinctu ad aliq̄d mouent̄ nō dicūt̄ libero arbitrio moueri. hec ille. Idē ponit. q. 83. arti vlt̄. dicēs q̄ liberū arbitriū ē potentia electiua. Et de v̄itate. q. 24. arti. p̄. ad. 20m. dicit q̄ l3 respectu finis habeamus liberā volūtatē. tñ necessitas nālis inclinatiōis libertati nō repugnat. nō aūt liberū arbitriū ꝓprie loquendo cū sub electiōe nō cadat. Ex quib⁹ patet q̄ arguētis reductio rōnē sup̄ positā nō infringit. Patet simili᷑ ad alias reductiōes q̄s facit cōtra eandē tertiā p̄ncipalē. Arguit eni sic. reducēdo in oppositū secūdā formā in tertia rōne p̄ncipali factā. Agens in aliq̄d nō s̄m impssionē p̄mi mouentis nō necessario tendit in p̄mū ꝑ oppositū tue ꝓpositionis. sed volūtas pōt appetere aliquos fines secundarios ꝑ se ⁊ p̄cise absq3 impssione p̄mi finis. appetit eni scire: esto q̄ nullū aliud bonū debeat euenire p̄ metaphisice ⁊ p̄ ethicoꝝ. ḡ non necessario mouetur i vltimū finē. Preterea volūtas appetit suā libertatē ⁊ vsū sue libertatis ꝓpter impressionē vltimi finis. sed volendo suā libertatē suspendit actū suū circa vltimū finē. ḡ ex impressiōe vltimi finis sequit̄ q̄ voluntas possit suspendere actū suū circa ipsum. Ad ista siquidē dicit̄. ad p̄mū q̄ hec est falsa ut patuit p̄us. Ad 2m dicit̄ q̄ bene cōcludit q̄ i via vbi finis vltim⁹ confuse videt̄ ⁊ ꝑ speculū. voluntas volendo expiri suā libertatē suspēdit actū suū circa finē. Nec oppositū huius intendit ꝓbare tertia rō. nec illud similiter intendit p̄ma ꝯ. sed solū q̄ volūtas semꝑ habitualiter appetit finem vltimū. ⁊ nullo modo pōt habere circa finē vltimū apprehēsum sub rōne vl̄i summi boni uel btitudinis actum fuge uel odij. aut displicibile. nec pōt velle oppositum btitudinis aut in illo complacere. Causa autē quare pōt hic in via suū actū suspendere circa finē vltimū. ⁊ diuertere intellectū ab illo ⁊ ꝯuertere ad alia est. q2 talis actus cōsideratiōis vltimi finis confusus aut volitio eiusdē pōt apprehendi ut mediū incōueniēs ⁊ insufficiēs ad insecutionē vltimi finis ⁊ alia quedā puta quies. aut consideratio alioꝝ apparet implicite uel explicite esse mediū fini propinquius ⁊ magis vniēs ⁊ approximare faciens bono ꝑfecto. sec⁹ erit aūt i patria. Et sic patet q̄ nō oportet si volūtas possit suspendere volitionē suā circa finem q̄ possit ipsū nolle. ¶ 4ª rō p̄ncipalis ꝓ ꝯne talis est. ⁊ ponit eam sc̄us Tho. p̄ma 2e. q. 10. arti. 2°. In motu cuiuslibet potentie a suo obiecto ꝯsiderāda est ratio ꝑ quā obiectū mouet potētiā. visibile. n. mouet visū sub rōne coloris actu visibilis. Vn̄ si color proponat̄ visui: ex necessitate mouet visum. nisi aliquis visū auertat: qd̄ ꝑtinet ad exercitiū actus. Si aūt ꝓponeret̄ aliquid visui qd̄ nō oībus modis eēt coloratū in actu. sed s̄m aliquid esset tale. s̄m autē aliquid nō tale. nō ex necessitate visus videret tale obiectū. posset eni intendere ad ipsum ex illa parte qua nō ē coloratū. ⁊ sic visus ipsū non videret. Sicut aūt coloratū in actu ē obiectū visus. ita bonū ē obiectū volūtatis. vn̄ si ꝓponat̄ aliqd̄ obiectū voluntati q̄ sit vniuersaliter bonū ⁊ s̄m omnē ꝯsiderationem. ex necessitate volūtas in illud tēdet si aliquid velit. nō eni poterit velle oppositū. Si aūt ꝓponit̄ volūtati aliqd̄ obiectū qd̄ nō s̄m quālibet cōsiderationē sit bonū nō ex necessitate volūtas fertur in illud. ⁊ q2 defect⁹ cuiuscūq3 boni habet rōnē nō boni ideo solū illud bonū qd̄ ē ꝑfectū est tale bonū qd̄ voluntas nō pōt nō velle. qd̄ est btitudo. alia aūt particularia bona inq̄ntū deficiūt ab aliq̄ bono pñt accipi ut nō bona. ⁊ s̄m hāc ꝯsiderationē pñt repudiari uel approbari a volūtate s̄m q̄ pōt in idem ferri intellectus s̄m diuersas considerationes. hec ille. Idem mediū tāgit de veritate. q. 24. arti. p̄. ad. 18m. Sicut inquit aliquod verū propter impermixtionē falsi de necessitate ab intellectu recipitur: sicut prima principia demonstrationis. ita est aliquod bonū quod propter malitie impermixtionem de necessitate a voluntate appetitur. sc3 ipsa felicitas. non tñ seq̄t̄ q̄ ab illo obiecto volūtas cogat̄. q2 coactio dicit aliq̄d ꝯtrariū volūtati q̄ est ꝓpria inclinatio volētis. nō aūt dicit aliquid contrariū intellectui q̄ nō dicit

inclinationem intelligentis. Et.q.22.arti.5º ad 3ᵐ
dicit simile. Intellect⁹ inq̄t aliq̄d nāliter ītelligit.sic
τ volūtas aliq̄d nālr̄ vult.sed coactio nō est ɔ̄ria in-
tellectioni ſm suā rōnē.sicut volūtati.intellect⁹ eni
τ si habeat inclinationē ad aliq̄d.non tn̄ noīat ipsam
inclinationē hoīs.ſʒ voluntas ipsam inclinationem
hoīs noīat.vn̄ quicq̄d fit ſm voluntatē fit ſm incli-
nationē hoīs τ ꝑ hoc non pōt eē violētū. sed oꝑatio
intellectus pōt esse ɔ̄ inclinationē hoīs que est vo-
luntas ut cū alicui placeat aliqua opinio sed ꝓpter
efficaciā rationū deducit̄ ad assentiendū cōtrarie
ꝑ intellectū.hec ille. Uerūtamē ad hāc rōnem dicit
Aureolus ꝙ pōt sic ad oppositū reduci. Ab illo nō
pōt voluntas resilire ī quo nullā mali reperit ratio-
nem sed potius oīs boni.ergo cū in deo accepto a
viatore sub rōne oīs boni viator nihil tale reperiat
stante ista estimatione nō poterit resilire τ sic null⁹
peccare poterit nisi fiat ꝑus hereticus. Addit etiā
ꝙ volūtas in resiliēdo a sūmo bono habet aliq̄d cur
non velit eā.s.experientiā ꝓprie libertatis. Prete-
rea suspensio volitiōis respectu vltimi finis potest
appꝛhendi sub rōne boni inq̄ntum in illa suspensione
ē magna libertas.τ inq̄ntū illa volitio includit quā-
dam inutilem occupationem.occupari videlicʒ in
cōtinua musitatione respectu finis. igit̄ non appa-
ret cur non possit voluntas ꝓsequi istam suspensio-
nē.τ q̄n in fine sic ɔsiderato repiat̄ aliquis defect⁹
boni scʒ inanis occupatio in eius volitione. Sʒ ista
reductio ꝑuerse mouet.cū eni dicit̄ ꝑmo ꝙ de⁹ cō-
cept⁹ a viatore sub rōne oīs boni potest odiri.falsū
ē.imo ſm ꝙ dicit sctūs Tho.prima pte.q.60.arti.5º
inq̄ntum deus est cōe bonū omniū: vnūquodq̄ na-
turaliter diligit deū plus q̄ seipsum.licʒ dicat̄ odio
haberi q̄ntum ad aliquos eius effectus qui volūta-
ti hoīuʒ ɔtrariant̄. Qꝫ aūt quelibet res naturali di-
lectiōe plus diligat deū q̄ se arguit sic. Inclinatio
naturalis in his que sūt ſm rōnē demōstrat natura-
lem inclinationē in volūtate nature intellectualis.
vnūquodq̄ autē in rebus naturalib⁹ qđ ſm naturā
hoc ipsū qđ ē alteri⁹ est ꝑncipali⁹ tendit in illud cui⁹
est q̄ in seipsū.τ hec naturalis inclinatio demōstrat̄
ex his que naturaliter agunt̄.qꝛ vnūquodq̄ sicut
agitur naturaliter sic aptum natū est agi.ut dicitur
2º physicoꝝ. videmus eni ꝙ naturaliter pars expo
nit se ad conseruationē totius corpis.τ qꝛ ratio imi-
tatur naturā.hʒ imitationē inuenimus in ꝟtutibus
politicis.est eni virtuosi ciuis ut se exponat mortis
periculo ꝓ toti⁹ reipublice conseruatiōe.τ si homo
esset naturalis pars hui⁹ ciuitatis hec inclinatio eēt
ei naturalis.qꝛ igitur vniuersale bonū est ipse de⁹.τ
sub hoc bono cōtinet̄ homo τ angelus τ oīs creatu-
ra.qꝛ oīs creatura naturalr̄ ſm illud qđ est dei ē.se-
quitur ꝙ naturali dilectiōe angelus τ hō plus τ ꝑn-
cipalius diligat deū q̄ seipsū.alioq̄n si naturalr̄ pl⁹
se q̄ deū diligeret.seq̄ret̄ ꝙ naturalis dilectio esset
ꝑuersa.τ ꝙ nō ꝑficeret̄ ꝑ charitatē sed destrueret̄.
hec ille. Quid aūt vocet dilectionē naturalē osten-
dit arti.2º dicens.ꝙ dilectio boni qđ hō naturaliter
vult sicut finis est dilectio nālis.dilectio aūt ab hac
deriuata q̄ est boni qđ diligit̄ ꝓpter finē est dilectio
electiua.nec tn̄ sequit̄ ut arguens infert.ꝙ nullus
possit peccare uel deū odire.nisi fiat heretic⁹.nec ꝙ
hō nūq̄ peccet ex q̄ deū illo mō necīo diligit. Illud
eni argumētū facit sctūs Tho.ibidē arti.5º Dilectio
inquit naturalis sꝑ manet manente natura.sed di-
ligere deū plus q̄ seipsū non manet in peccante ho-
mine uel angelo.igitur τc̄. Et respōdet: dicendū in-
quit ꝙ de⁹ ſm ꝙ est vniuersale bonū a quo depen-
det omne bonū naturale diligit̄ dilectione naturali
ab vnoquoq̄.inq̄ntum ꝟo est beatificans oēs bea-
titudine supnaturali:sic diligit̄ dilectiōe charitatis.
hec ille. Ex quo patet ꝙ ſm eum quilibet quātum-
cunq̄ peccet diligit tn̄ deum naturaliter.nō tn̄ dile-
ctione charitatiua.τ hoc illi imputat̄ ad peccatū.nō
aūt prima dilectio scʒ naturalis ad meritū. Idē po-
nit.2ª.2ᵉ.q.26.arti.3º Et de malo.q.16.arti.4º ad
15ᵐ. Diligere se ꝓpter deū inq̄ntum est obiectū sup-
naturalis beatitudinis τ actoꝛ gratie est actus cha-
ritatis.sed diligere deum sup omnia τ se ꝓpter deū
inq̄ntum in eo cōsistit bonū naturale omnis creatu-
re cōpetit naturaliter non solū creature rationali ſʒ
etiā brutis aīalib⁹ τ corpoꝛib⁹ inanimatis inq̄ntum
participant nāli amoꝛe rationem sūmi boni.ut dicit
Dionysi⁹ 4º caº de diuinis noībus.hec ille. Ex q̄b⁹
oībus patet ꝙ viatoꝛ concipiens deū sub rōne boni
oīo ꝑfecti.nullo modo pōt eū respuere.imo necessa
rio eum diligit si aliquē actum circa deū habet.con-
ceditur tn̄ ꝙ potest eum ꝑ accidens odire odiendo
ei⁹ aliquos effectus volūtati ꝑfecte cōtrarios.sicut
sunt punitiones τ prohibitiones.quibus odio habi-
tis per se retoꝛquetur per accidens odium in deum
causantē tales effect⁹. de⁹ eni appꝛhēsus sub rōne
infligentis penam appꝛhendit̄ a peccante tāq̄ in-
iustus uel malus. Nec tn̄ opoꝛtet ꝙ taliter eum ap-
pꝛehendens sit hereticus ilico.quia foꝛte illa appꝛe-
hensio est in pte sensitiua ex vehemētia passionis.τ
nō ex dictamine rationis q̄ habitualiter dictat deū
nullam rationē mali habere.τ ideo talis non est he-
reticus plus q̄ freneticus iudicans deum esse iniu-
stum.aut aliter passionat⁹ qui actu false iudicat ſm
partem sensitiuā ratione bene habituata habitu fi-
dei ꝑ passionem absoꝛta τ ligata ne in rectū iudiciū
de dei bonitate τ puritate ab omni malicia ꝓponat
voluntati. Cum iterū arguens 2º et 3º addit ꝙ in fi-
ne vltimo appꝛhēso in vniuersali voluntas inenit
cur τc̄. Dico ꝙ volūtas in quocunq̄ cur super quo
fert̄ nō fertur nisi ꝓpter participationē vltimi finis
in tali cur inuentam.τ ideo quātūcunq̄ suspendat
actum dilectiōis circa vltimū finem sub vniuersali
ratiōe appꝛehensum.tamē si fertur sup aliq̄d ꝟtua-
liter fertur sup vltimū finē τ implicite diligit illum.
Dico 2º ꝙ hoc argumentum solum pꝛobat ꝙ vlti-
m⁹ finis nō necessario actu diligit̄ τ explicite.qđ cō-
cedit̄.sed nō ꝓbat ꝙ possit odiri.τ h̄ solū vult nr̄a ɔ̄
s.ꝙ nō stāt sil̄ ꝙ intellect⁹ appꝛhendat btītudinē sub
rōne ꝑfecti boni.τ ꝙ volūtas ꝑ tūc odio illā habeat

quantücunq3 enim talis apphensio vltimi finis sit
vniuersalis cois aut cõfusa et imp̄fecta. tñ dilectio
non fert̄ super apphensionem sed sup apphensum.
ꝛ lic3 cõtinuatio dilectionis vltimi finis possit appa
rere vana. nõ tñ ipsum dilectũ p̄ illã dilectioné. ꝛ iõ
l3 volũtas habeat cur ꝛ motiuũ ad suspẽdendũ illã
musitationé non tñ ad odiendum beatitudiné sic ap
p̄hensam. ¶ 2ª ɔ̃ p̄ncipalis hui᷒ articuli ẽ ꝙ l3 volũ/
tas necessitate nãlis inclinationis velit beatitudiné
apprehensam sub rõne sũmi boni aut btitudinis aut
felicitatis. nõ tñ necessario vult eã apphensam sub
aliq̃ speciali rõne illi᷒ in q̃ beatitudo ɔsistit. ꝛ h̄ dũ est
in via. Istã ponit scũs Tho. p̄ma 2ᵉ. q. 5. arti. 8. Bea
titudo iquit põt dupliciť ɔsiderari. Uno mõ ẜm ra/
tioné cõem btitudinis ꝛ sic necesse est ꝙ oĩs hõ bti/
tudiné velit. Rõ aũt cois beatitudinis ẽ ut sit bonũ
p̄fectũ. Lũ ãt bonũ sit obiectũ volũtatis. p̄fectũ bo
nũ ẽ illud qð totaliť ei᷒ volũtati satisfacit. vñ appe/
tere beatitudiné nihil aliud ẽ q̄ȝ appetere ut volun/
tas satieť: qð glibet vult. Alio mõ possumus loq de
beatitudine ẜm specialé rõnem q̄ẜtũ ad illud in quo
beatitudo ɔsistit. ꝛ sic nõ oẽs cognoscunt btitudiné
qꝛ nesciũt cui rei cois rõ btitudinis ɔueniat. ꝛ p ɔñs
q̄ẜtũ ad h̄ nõ oẽs eam volũt. hec ille. Et ibidẽ ad 2ᵐ
dicit. Lũ volũtas sequať apphensioné itellect᷒ seu
rõnis. sicut ɔtingit ꝙ aliqd ẽ idẽ ẜm ré qð tñ ẽ diuer
sum ẜm ɔsideratioẽ rõnis. ita ɔtingit ꝙ aliqd ẽ idẽ
ẜm rẽ ꝛ tñ vno mõ appetiť ꝛ alio mõ non appetitur.
Btitudo ẽ põt ɔsiderari sub rõne finalis boni ꝛ p̄fe/
cti q̃ ẽ cois rõ btitudinis. ꝛ sic nãliter ex necessitate
volũtas i illud tẽdit. ut dictũ est. Põt etiã ɔsiderari
ẜm aliq̃s speciales rõnes uel ex p̄te ipsi᷒ operatiõis
uel ex p̄te potentie op̄atiue. uel ex p̄te obiecti. et sic
nõ ex necessitate volũtas tẽdit in ipsã. hec ille. Idẽ
ponit. 4° sen. dis. 49. q. i. arti. 3. questiũcula. i. ad pri/
mũ. vbi sic dicit. Uisibile ẽ duplex. s. p se. ut color. et
p accidẽs ut hõ. ita etiã ꝛ appetibile qð est volũtari
obiectũ dupliciť pot accipi. s. p se ꝛ p accidẽs. per se
obiectũ volũtatis ẽ bonũ. s3 p accidẽs ẽ hoc ul' illud
bonũ. ꝛ sicut bonũ coiter loquẽdo ẽ obiectũ volun/
tatis. ita ꝛ summũ bonũ est finis vltimatus volun/
tatis p se loquẽdo. s3 h̄ uel illud poniť ut vltimus fi/
nis volũtatis ꝛ p̄ncipale obiectũ eius q̄si p accidẽs
beatitudo aũt q̄ẜtũ ad illud qð in ipsa est p se volun/
tatis p̄ncipale obiectũ est oĩbus nota. sed q̄ẜtum ad
illud qð accidit p se obiecto nõ est nota. oẽs enim co
gnoscunt p̄fectũ bonũ ꝛ hoc appetunt dũ beatitu/
diné appetunt. sed hoc p̄fectũ bonũ esse voluptaté
uel diuitias uel virtuté uel aliqd h᷒ ẽ p accidens. ꝛ
iõ circa h̄ nõ ẽ iconueniẽs multos eẽ errores. Q̄uis
eni diña visio sit btitudo nõ seq̄ť tñ ꝙ q̄cũq3 appe/
tit btitudiné appetat diuinã visionem. qꝛ beatitudo
inq̄ẜtũ h᷒ importat p se obiectũ volũtatis p̄mũ. non
aũt ipsa diña visio. sicut aliq̄s appetit dulce qui tñ
nõ appetit mel. Sic etiã nõ sequiť ꝙ aliq̄s appetẽ/
do beatitudiné appetat illud qð ẜm rei veritaté est
beatitudo. ita etiã non seq̄ť ꝙ aliq̄s spernẽdo illud
qð ẜm rei veritaté est beatitudo btitudiné spernat.

sicut nõ sequiť ꝙ qui ignorat hominé ignoret albũ.
lic3 hõ sit albus. hec ille. ad p̄mũ 2ᵐ ꝛ 4ᵐ aliquibus
dimissis. ¶ 3ª ɔ̃. ꝙ voluntas p̄ statu vie nihil neces/
sario actualiť vult nec ab aliquo obiecto mouetur
necessario q̄ẜtũ ad exercitiũ actus lic3 q̄ẜtũ ad spe/
cié actus necessario ab aliq̃ moueať obiecto. Istam
ɔ̃nem ponit scũs Tho. p̄ma 2ᵉ. q. 10. arti. 2°. Uolun/
tas inquit dupliciť moueť. Uno mõ q̄ẜtũ ad exerci/
tium actus. Alio mõ q̄ẜtũ ad specificationé q̃ est ex
obiecto. Primo igiť mõ voluntas a nullo obiecto
ex necessitate moueť. põt eni aliq̄s de quocũq3 ob/
iecto nõ cogitare ꝛ p ɔsequens nõ actu velle illud.
sed q̄ẜtũ ad 2ᵐ modũ motionis ab aliquo obiecto ex
necessitate moueť. ab aliq̃ auté nõ. hec ille. A quib᷒
aũt obiectis moueať necessario q̄ẜtum ad specifica
tioné actus ostẽdit ꝙ a solo fine vltimo qð ẜm om/
nem ɔsideratioẽ ei᷒ est bonũ. ꝛ media eius recita/
ta sunt in 4ª rõne p p̄ma ɔ̃ne que incipit: in motu
cuiuscũq3 potẽtie ꝛc̄. Quid aũt sit moueri q̄ẜtũ ad
exercitiũ act᷒. ꝛ quid moueri q̄ẜtũ ad specificatioẽ
actus. manifestat. q. 9. arti. p̄. dicẽs. Aliquid in tan/
tum indiget moueri ab aliq̃ inq̄ẜtũ est in potẽtia ad
plura. oportet eni ut illud qð est in potẽtia reducať
ad actũ. ꝛ h̄ est moueri. Dupliciť auté aliqua vis aie
inueniť esse ad diuersa in potẽtia. Uno mõ q̄ẜtũ ad
agere uel nõ agere. Alio mõ q̄ẜtũ ad agere h̄ uel il/
lud. sicut visus q̃nq3 videt actu. q̃nq3 nõ videt actu
ꝛ q̃nq3 videt albũ. q̃nq3 videt nigrũ. Indiget igitur
mouente q̄ẜtũ ad duo. s. q̄ẜtũ ad exercitiũ uel visum
actus ꝛ q̄ẜtũ ad determinatioẽ act᷒: quorũ primũ
est ex p̄te subiecti qð q̃nq3 inueniť agens q̃nq3 non
agens p te. aliud ex p̄te obiecti ẜm qð specificatur
actu. hec ille. Eandẽ ɔ̃nem ponit de veritate. q. 22.
arti. 6°. dicẽs. Ex h̄ dť aliqd esse necessariũ qð ẽ imu
tabiliť determinatũ ad vnũ. vñ cũ volũtas indeter/
minate se habeat respectu multoꝝ non h3 respectu
oiũ3 necessitaté s3 respectu eorũ tñ ad q̃ nãli incli/
natiõe determinať. ꝛ qꝛ omne mobile reducitur ad
imobile ꝛ indeterminatũ ad determinatũ. iõ opor/
tet ꝙ illud ad qð volũtas ẽ determinata sit p̄ncipi/
um appetẽdi ea ad que non est determinata. ꝛ hoc
est vltimus finis. Inueniť aũt indeterminatio vo/
luntatis respectu triũ scilic3 respectu obiecti. respe/
ctu actus. ꝛ respectu ordinis in finé. respectu obie/
cti quedã est indeterminata voluntas q̄ẜtum ad ea
que sunt ad finem ꝛ non q̄ẜtũ ad ipsum finé vltimũ.
multis eni vijs p̄ueniri potest ad vltimũ finem ꝛ di/
uersi diuersas vias appetunt p̄ueniendi in ipsum. ꝛ
ideo nõ potuit esse appetitus voluntatis determi/
natus in ea que sunt ad finem. sicut est in rebus na/
turalibus que ad certum finem ꝛ determinatũ non
habent nisi certas ꝛ determinatas vias. ꝛ sic patet
ꝙ res naturales sicut de necessitate appetũt finem
ita ea que sũt ad finem. ut nihil sit in eis accipere qð
possint appetere ꝛ nõ appetere. s3 volũtas de neces/
sitate appetit finé vltimũ ut nõ possit ipsũ nõ appe/
tere. s3 nõ de necessitate appetit aliqd eoꝝ q̃ sũt ad
finé. vñ respectu h᷒ ẽ i p̄tãte ei᷒ appetere h̄ ul' illud.

ducta ſũt dicitur quod hec eſt falſa. nec probatio valet. Dico eñi quod omne ens appetibile dici aliqualiter põt finis ĩcõplexũ eſt termin⁹ motus appetitiui. quod ut meli⁹ intelligatur dicit ſctũs Tho. pᷣma pte. q. 5. arti. 6º. Bonũ inquit aliquid eſt ĩcõplexũ eſt appetibile ⁊ termin⁹ mot⁹ appetit⁹. cuius quidẽ mot⁹ terminatio cõſiderari põt ex cõſideratiõe motus naturalis corporis. terminatur aũt motus corporis nãlis ſimpliciter quidẽ ad vltimũ. ſcḋm quid aũt ad mediũ per quod itur ad vltimũ terminat motum. ⁊ dicitur aliquis termin⁹ motus ĩcõplexũ aliquã ptẽ motus terminat. Illud aũt quod eſt vltim⁹ termin⁹ mot⁹ potest accipi dupliciter. ſ. ut res ipſa in quã tendit utpote locus uel forma que acquiritur in motu uel quies in re illa. Sic ergo in motu appetit⁹ termin⁹ ſcḋm quid ut mediũ per quod tenditur in aliud vocatur vtile. illud aũt quod appetitur ut vltimũ terminãs totaliter motũ appetitus ſicut quedã res in quã per ſe appetitus tendit vocatur honeſtũ. quia honeſtũ dicitur quod per ſe deſideratur. illud aũt quod terminat motũ appetit⁹ ut quies in re deſiderata ẽ delectatio. hec ille. ¶ Ad 2ᵐ negatur hec. non eñi bonũ pᷣdicatur pᷣmo ⁊ per ſe de fine ⁊ de his que ſũt ad finẽ. ſed principaliter de fine ⁊ de alijs ex ordine quẽ habẽt ad finẽ. uel ſũt quodãmodo finis modo ſupra poſito. vñ ſctũs Tho. vbi ſupra ad 3ᵐ. dicit quod bonum nõ diuiditur in honeſtũ vtile ⁊ delectabile ſicut vniuoce equaliter de eis pᷣdicatũ ſed ſicut analogũ quod pᷣdicatur ſcḋm prius ⁊ poſteri⁹. per prius eñi pᷣdicatur de honeſto. ſecundario de delectabili. 3º de vtili. hec ille. Ex quibus patet quod bonũ nõ dicitur eque de fine pᷣmo ⁊ de his que ſũt ad finẽ. ſicut nec quodlibet illorum eque principaliter terminat motum appetitus. nec equaliter. ſed vnum dicitur finis ſimpliciter aliud finis ſcḋm quid. Et in hoc primus articul⁹ terminatur. ⁊c.

Quantũ ad ſecundum articulum ſit prima cõcluſio quod potẽtie anime nõ ſũt ipſa eſſentia anime. Iſtã cõcluſionẽ probat ſctũs Tho. pᷣma parte. q. 77. arti. pᷣ. vbi ſic dicit. Impoſſibile eſt dicere quod eſſentia anime ſit ei⁹ potentie. licet quidã hoc poſuerint. Et hoc quidẽ dupliciter oſtenditur quo ad preſens. Primo quia cũ potentia ⁊ actus diuidant ens ⁊ quodlibet genus entis. oportet quod ad idem genus referatur potẽtia ⁊ actus. ⁊ ideo ſi actus non eſt in genere ſubſtantie nec potẽtia. operatio aũt anime non eſt in genere ſubſtantie ſed in ſolo deo cuius operatio eſt eius ſubſtantia. vñ potentia dei que eſt principiũ operationis ẽ ipſa dei eſſentia quod nõ põt eſſe verũ in anima nec in aliqua creatura. ecce primã rationem eius ibidem. ¶ Sed cõtra iſtam rationẽ inſtatur per multos dicentes eam non procedere. dicit eñi Scotus in 2º ſen. quod a⁹ eſt diſtinguenda. potentia eñi ⁊ actus multipliciter accipiuntur. Nam accipiendo potentiã pro potentia actiua uel paſſiua prout potẽtia dicitur principiũ tranſmutandi aliud uel tranſmutandi ab alio. nõ oportet quod talis potentia ⁊ ſuus act⁹ reducantur ad idem genus. nec ſic accipiendo potentiam potentia ⁊ actus diuidunt oẽ genus entis. Alio modo accipitur potentia pro potẽtia obiectiua. ut illud dicatur eſſe in potentia quod eſt obiectũ potẽtie productiue. ⁊ illud dicatur eſſe in actu quod in eſſe ẽ poſitum. actus aũt ⁊ potẽtia iſto modo accepta diuidũt omne genus entis. imo talis potentia eſt idẽ numero cum ſuo actu. idem eñi numero eſt albũ in potentia ⁊ poſt album in actu. ⁊ ideo ſi argumẽtum illud valeat probabit quod quot ſunt actus intelligendi aut volendi in aĩa tot ſunt in ea potẽtie realiter diſtincte. ¶ 2º poteſt inſtari cõtra illã rationẽ. quia ſubſtantia eſt in potentia ad quãtitatẽ. imo ſubſtantia nude conſiderata ſe habet ad accidentia ut potentia ad actum. ⁊ tamẽ non ſunt eiuſdem generis. ¶ 3º quia ſuperficies ẽ potentia reſpectu colorũ que tamen nõ eſt eiuſdem generis cum colore: cum vnũ pertineat ad genus quãtitatis puta ſuperficies. ⁊ aliud ad gen⁹ qualitatis puta color. ¶ 4º quia in propoſito poſito quod potentie anime ſint accidentia anime. oportet quod anima ſe habeat reſpectu illarum ut potentia ad actum. ſicut omne ſubiectum reſpectu ſui accidẽtis. queritur ergo de illa potentia qua anima eſt in potentia reſpectu talium accidentiũ an ſit ipſa eſſentia anime. ⁊ tunc habem⁹ quod nõ oportet ſemper actum ⁊ potentiam reduci ad idẽ genus: cum eſſentia anime ſit ſubſtantia. ⁊ illa potentia ſit accñs. ſi illa potẽtia ſit accidens procedit in infinitũ. quia iterum eſſentia anime erit in potentia ad talem potẽtiã. ⁊ queritur ut prius. ¶ Ad pᷣmũ dicitur quod diſtinctio de potentia obiectiua. ⁊c̄ non valet. ſed ẽ pura fictio. non eñi Ar. qui totiens dicit oẽ genus entis diuidi per potẽtiã ⁊ actum fecit vnquã implicite uel explicite de tali potentia obiectiua mẽtionẽ. Nono eñi metaphiſice cum propoſuit actum ⁊ potẽtiã eſſe differentias entis. ſtatim diuidit potentiã per paſſiuã ⁊ actiuam. ⁊ agit de vtraque. ⁊ actum etiã diuidit in primũ et 2ᵐ. et de omnibus iſtis tractat in toto. 9º. Omne ſiquidem ens uel eſt actus purus ut deus. uel potẽtia pura ut materia prima. uel cõpoſitum ex actu ⁊ potẽtia. actu quidem qui eſt forma. ⁊ potentia que eſt materia. ut res ſenſibiles. uel ex eſſe ⁊ eſſentia: quorum vnum ſe habet quodãmodo ut materia. aliud quaſi forma. ut ſubſtãtie ſepate. ⁊ ſicut eẽ eſt actus eſſentie. ita operatio eſt actus potentie actiue. In omnib⁹ aũt iſtis cõbinationibus ſemper actus ⁊ potẽtia ad idẽ genus reducũtur. preſertim potẽtia actiua ⁊ paſſiua. de qua in 9º. facit Ar. mentionẽ ſcḋm mentem phi ⁊ ſui cõmẽtatoris. Si eñi de alia potẽtia voluiſſet illã propoſitionẽ intelligere. vtique debuit ipſe uel cõmẽtator mentionẽ facere quod tñ non fecit. Qui etiã arguẽs dicit aliquẽ actum eẽ idẽ nũero cũ ſua potẽtia repugnat Ariſtoteli. pᷣ de aĩa. pte 6ª. vbi dicit quod potentia ⁊ endelechia nõ parũ diſtant. vbi cõmẽtator cõmẽto 6º. dicit. Potẽtia ⁊ act⁹ ſunt differẽtie que contingũt oĩbus pᷣdicamẽtis. ⁊ ſunt valde oppoſite. hec ille. Ex quo patet quod actus ⁊ potentia que diuidũt omne pᷣdicatũ nõ ſũt idẽ numero. ſic quod illa potentia quandoque ſit actus. cũ cõmẽtator dicat talia eẽ differẽtias valde oppoſitas. Nono etiã metaphiſice. cõmento 2º. dicit cõmẽtator quod hoc nomẽ potentia non dicitur niſi de potentia actiua uel paſſiua. uel de potẽtia trãſũptiue dicta qualis ẽ in mathematicis. uel potentia ſcḋm ſimilitudinem ſcḋm quam falſum

quod non necessario est falsum dicitur possibile. uel id quod non est verũ sed potest eẽ verũ. Et idẽ ponit 5º metaphisice cõmento. 17º. Patet ergo φ instantia illa nulla ẽ. nã oĩs potẽtia ꝓprie dicta ẽ actiua uł passiua siue ꝓductiua uel receptiua. ¶ Ad secũdã instantiã dicit᷑ φ materia prima est in potentia respectu forme substantialis de per se. substantia vero cõposita ex materia ⁊ forma ẽ subiectum quãtitatis ⁊ in potentia ad quãtitatem non de per se. sic φ sit ſm se totũ uel ſm partem scȝ materiã ordinata ad actum qui ẽ accidẽs ⁊ ideo nõ oportet φ talis potentia sit eiusdem generis cũ tali actu. mõ illa ꝓpositio: act⁹ ⁊ potẽtia ad idẽ genus reducunt᷑. intelligit᷑ de potentia q̃ ꝓprie ⁊ de per se ordinat᷑ ad illum actum: sicut potentia calefactiua ad calefaciendũ. ⁊ potentia intellectiua ad intelligendũ. Potest etiã dici ſm aliquos φ in substantia est alia potentia ad qualitatẽ ⁊ alia ad quantitatẽ. ⁊ sic de aliis p̄dicamẽtis. ⁊ tales potẽtie respectu accidentiũ nõ sũt ipsa substantia puta mã prima uel cõpositũ sed accidens illius. vñ cõmẽtator 5º physicoꝝ cõmento 9º. Potentia inq̃t ad vnũquodq̃ p̄dicamẽtum est in illo genere p̄dicamẽti qđ ẽ actu. ⁊ similiter via de potentia ad actũ ⁊c̄. vbi patet φ loquit᷑ de potentia susceptiua motus q̃ ẽ via ad rem p̄dicamenti. vñ ibidẽ sic ait. Potentia ad subam ẽ quodãmodo in p̄dicamẽto sube. ⁊ siliter via ad generationẽ sube. similiter potẽtia ad quãtũ ⁊ alia p̄dicamẽta. iõ visũ est illud esse qđ est inter potentiã ⁊ actũ in illo genere sit sub illo genere. qm̃ esse mediũ inter potẽtiã ⁊ actum q̃ sũt in illo genere necesse est de genere actus qui est complementũ. sed differũt ſm magis ⁊ min⁹. hec cõmẽtator. Et si vlteri⁹ dicat᷑. tales potẽtie sũt accidẽtia sube igit᷑ suba est in potentia ad illa. ergo est eiusdem generis cũ illis ⁊c̄. Dicit᷑ φ suba composita est de ꝑ se in potentia ad actũ qui est esse. sed consecutiue ad hꝰ accidentia. sufficit ergo φ illa potentia sit eiusdẽ generis cũ actu quẽ p̄mo ⁊ de ꝑ se respicit. licȝ nõ sit vnius generis cũ actu quẽ cõsecutiue ⁊ ꝑ accñs respicit. ¶ Ad tertiã dicit᷑ φ superficies nõ est potentia ꝓpria ⁊ per se respectu coloris. sed diaphonũ in superficie. uel aliqđ hꝰ. talis aũt potentia respectu coloris actualis est in genere qualitatis. Et si querat᷑ de tali potentia cũ sit accñs ⁊ actus sube per quã potentiã suba est in potẽtia ad hꝰ accñs. Dico φ hꝰ accñs non habet potentiã ꝓpriã sibi. sed illa eadẽ potentia que ordinat᷑ de per se p̄mo ad esse subale ordinatur ad hꝰ incohationes per accñs ⁊ secundario. ¶ Ad quartã dicit᷑ φ aĩa se habet ad suũ esse quasi potentia receptiua. non dico passiua ad suũ actũ. ⁊ hoc de ꝑ se p̄mo. ad hꝰ aũt potentias se habet ut potentia ad actũ secũdariũ ⁊ quẽ per accñs respicit. ⁊ iõ licȝ eẽntia aĩe ⁊ suũ esse ad idẽ genus reducant᷑. non tñ oportet φ eius essentia ⁊ sue ꝓprie passiones ad idem genus reducant᷑. Illa ergo aᵃʳ p̄cipalis rõnis sic intellecta: oĩs potentia p̄mo ⁊ ꝑ se respiciens aliquẽ actum reducitur ad idẽ genus cum tali actu. nullã habet instãtiã. Et tunc subsumat᷑: sed potẽtie aĩe p̄mo ⁊ per se respiciũt actũ de genere qlitatis. igitur ⁊c̄. Et sic patet prima ratio principalis in suo robore perseuerãs. ¶ 2ª ratio principalis ad eundem ꝯnem est hec quã ponit vbi s. Anima inquit ſm essentiã suã est act⁹. si ergo ipsa essentia aĩe esset immediatum operatiõis principiũ: semꝑ hñs aĩam actu haberet opationẽ vite. sicut semꝑ hñs aĩam est actu viuũ. non enĩ inq̃tũ est forma est actus ordinatus ad vlteriorẽ actũ sed est vltim⁹ termin⁹ generationis. vñ φ sit in potẽtia ad hũc aut ad aliũ actum. hoc non cõpetit ei ſm essentiã suã inq̃tũ ẽ forma sed ſm suã potẽtiam. ⁊ sic aĩa ſm φ subest sue potentie dicit᷑ act⁹ primus ordinat⁹ ad 2ᵘᵐ actũ. Inuenit᷑ aũt habẽs animã non semꝑ esse in actu operum vite. ⁊ in diffinitiõe aĩe dicit᷑ φ est actus corꝑis potentia vitã habentis. que tñ potentia non abiicit aĩam. Relinquit᷑ ergo φ essentia aĩe nõ est eius potentia. nihil enim est in potentia ſm actũ inq̃tũ actus est. hec ille. ¶ Sed cõtra hãc rõnẽ sunt multe instantie. Prima est ſm Scotũ quia codẽ modo arguet᷑ de potentia quã tu ponis esse qualitatem distinctã ab aĩa sicut tu arguis de aĩa. Sicut enĩ tu arguis φ qȝ aĩa ſm essentiã suã ẽ forma ⁊ actus. ⁊ iõ si ipsa sit imediatũ opationis p̄ncipiũ semꝑ esset in actu operũ vite. ita ego arguã de illa qualitate. q̄ enĩ illa est quedã forma ⁊ actus quidã si ipsa sit imediatũ principiũ opationis semꝑ hñs illam erit in actu operũ vite puta intelligendi ⁊ volendi. nec tua rõ ẽ euidentior q̃ ista. ¶ 2ª instãtia est. quia similitudo posita inter aĩam ꝓut est p̄ncipiũ viuendi ⁊ eam ꝓut est p̄ncipiũ operũ vite nõ valet. qȝ aĩa est p̄ncipiũ viuendi in genere cause formalis. sed est p̄ncipiũ operũ vite in genere cause efficientis. ⁊ iõ nõ sequitur: aĩa est imediatũ p̄ncipiũ operũ vite. igit᷑ hñs animã semper talia operat᷑. sicut ex alia pte sequit᷑: aĩa est imediatũ p̄ncipiũ viuendi. igit᷑ habens aĩam sꝑ viuit in actu. qȝ causa formalis semꝑ est simul cũ suo effectu formali. nõ aũt causa efficiẽs ꝓsertim causa efficiẽs partialis quomodo se habet aĩa respectu operũ vite. nam p̄ter aĩam requirit᷑ ad intelligendũ uel cognoscẽdũ obiectum ⁊ spẽs intelligibilis ⁊ organa uel hꝰ. ¶ 3ª põt instari. Nam falsũ videt᷑ qm̃ per vnũ ⁊ idem. s. ꝑ essentiam suã. que est forma aĩa sit actus corꝑis. ⁊ sit in potentia ad actũ vlteriorem. nã tu ponis aĩam ſm essentiã suã esse subiectũ dictarũ qualitatũ. ⁊ per ꝯñs in potentia ad illas. Item essentia aĩe se habet ad suũ eẽ sicut potentia ad actũ. Patet ergo φ nõ est incõueniens aĩam ꝑ idem ex parte rei esse actũ vni⁹ ⁊ in potẽtia respectu alterius. ¶ Ad primã instantiã dicit᷑ φ nõ ita põt argui de potentia aĩe si sit accñs aĩe sicut si esset eẽntia aĩe. Cuius ratio est quia alius actus est essentia aĩe ⁊ alius actus hꝰ potentia quã dico qualitatem. aĩa enĩ est actus dans esse simpliciter. ⁊ est vltimus termin⁹ generatiõis hominis. ⁊ ideo talis actus nõ potest ſm se esse ratio φ homo sit in potentia expectante vlteriorem actum. ſm enim cõmentatorẽ 9º metaphisice cõmento 2º. nihil est in potentia ſm illud quo est actu nec per formam que est simpliciter in actu. sed potentia illa quam dicimus qualitatem est actus nõ dans esse simpliciter ipsi anime aut toti composito. nec est terminus alicuius productionis substantialis aut ac

cidentalis de per se. sed consequit̄ ad ꝓductioné aie sicut passio consequit̄ ꝓductioné ꝓprij subiecti. ꝛ iō est ratio ꝙ homo sit in potentia ad opa vite. talis eni actꝰ reddit aiam potétialioré ꝙ̄ sit ꝑ suā eēntiā. lꝫ eni sit actus aie ꝓut aspicit actum primū. tn̄ in ordine ad actus secūdos reddit eā potentialē. ¶ Ad secūdā instantiā dicitur ꝙ licꝫ aia sit alio modo ꝛ in alio genere cause principiū viuendi ꝛ principiū operū vite. tamē hoc est generale vtriqꝫ principio ꝙ nullū eoꝝ ē in potentia ad actū suū: ꝑsertim imanentē. si det per idē eē actu simpliciter ꝛ actum 2ᵐ uel secūdariū. ꝛ ſm se sit sufficienter in actu ad exeūdū in eē ꝛ opari coīa sicut eadem forma substantialis. dat igni esse simpliciter ꝛ formā leuitatis. iō nūqꝫ ignis habet esse simpliciter ꝑ formā suā qn̄ habeat illū actū qui est leuitas imanēs. igiē. ꝛ in ꝓposito patet manifestius quia aia non solū elicit opus intelligendi. imo illū actum respicit. si ḡ ꝑ idem imediate daret esse per modū forme ꝛ intelligere per modū efficiētis. sicut semper dat viuere semp daret intelligere. Illud aūt qđ addit̄ ꝙ aia ē efficiēs solum partiale respectu intellectꝰ uel volitionis. non valet. Dico eni ꝙ actus intelligendi imediate causat̄ ab aia sub potentia existente. ꝙ aūt requirat̄ obiectū aliud ab aia. hoc ideo est. qꝛ obiectū reducit aīam sub potentia ad actū primū. quo habito aia sub potentia exit in actum 2ᵐ. sed quia si essentia aie non haberet talem potentiā adiūctā nō posset per obiectū exteriꝰ ampliꝰ actuari. ideo si essentia aie esset imediatū operatiōis ꝓnᵐ cū in nullo actuaret̄ ꝑ obiecta exteriora: nec indigeret aliquo passo exteriori. semꝑ esset i actu operū vite uel nūqꝫ. ꝛ presertim loquēdo de opibus que naturaliter ꝛ nō libere fiūt. ¶ Ad tertiā instantiā dicit̄ ꝙ aia aliter dicit̄ in potentia ad suas potentias ꝛ aliter ad actus secūdos uel opationes vite. ad opa siquidē vite est ꝓprie in potētia passiua. qꝛ pōt trāsiri ad illa ꝛ esse sub illis ꝛ sub priuatiōe illoꝝ. sed ad suas potentias nō se habet in potentia nisi receptiua. ꝛ nō passiua ꝓprie loquēdo sic ꝙ nūqꝫ pōt esse sub talium potētiaꝝ priuatiōe cū sint eius nāles ꝓprietates. Et eodem modo dicit̄ de essentia aie respectu sui eē. nō eni ꝓprie est in potentia respectu eius. accipiēdo eni ꝓprie potentiā passiuā illā est respectu oppositoꝝ. nō oportet aūt hoc dicere de potentia receptiua. ꝛ iō essentia se habet ad ens in potentia receptiua que nō dicitur ꝓprie potentia passiua sicut dictū est de potētijs anime. Dico igitur ꝙ non est inconueniens eandē essentiā anime esse actum respectu vnius ꝛ dare illi esse simpliciter. ꝛ cum hoc se habere ad aliud ut potētiam receptiuā. secus de potentia ꝓprie passiua cuiusmodi sunt potentie anime que sunt passiue passione spirituali tali modo ꝙ trāsmutāt̄ de actu in eiꝰ priuationem. ꝛ ideo licꝫ essentia anime non se habeat ut potentia ad operatiōes vite. tamen se habet ut potētia ad suas ꝓprias passiones quas potentias anime dicimus. ꝛ ad suū esse. Patet igitur ꝙ ille instātie nō impediunt predicte sufficientiā rationis. ¶ 3ª rō principalis est ista. Impossibile ē ꝙ̄ ~~actus~~ substantie create sua essentia sit sua potentia operatiua. manifestū ē eni ꝙ diuersi actus diuersoꝝ sunt. semꝑ ṽo actus ꝓportionatur ei cuiꝰ ē actꝰ. sicut aūt ipsū eē est actualitas quidē essentie. ita operari est actualitas operatiue potentie seu virtutis. ſm hoc eni vtrūqꝫ eorū ē in actu. essentia quidē ſm esse. potentia ṽo ſm operari. vn̄ cum in nulla creatura suū operari sit suū esse. sed hoc sit ꝓpriū solius dei. sequitur ꝙ nullius creature operatiua potentia sit eius essentia. sed hoc soliꝰ dei propriū est ut sua essentia sit sua potētia. Hanc rōnē ponit sctūs Tho. de spūalibus creaturis. q. xi. que est vltima illius libri. ¶ Sed ad hanc rōnē fit instātia dicendo ꝙ similitudo nulla est quā doctor facit. qꝛ alio mō esse ē actualitas eēntie ꝙ̄ opari sit actualitas potentie. quia esse est actus essentie sicut forma dicitur actus eius. sed operari est actualitas potētie sicut effectus efficientis uel actio eius dicit̄ actus eius. modo maior distinctio est inter causam efficientē ꝛ eius actionem. ꝙ̄ inter formam ꝛ eius effectum formalē. non ḡ oportet ꝙ si isti duo actus sunt distincti ꝙ ratio illa quoꝝ sūt effectus distinguantur in creatis. ¶ Ad hanc instantiā dicit̄ ꝙ non impedit rationē. quia licꝫ alio modo esse respiciat essentiā ꝙ̄ operari potentiā: hoc est in alio genere principij uel cause. tamen hoc ē eis cōmune. quia in creaturis sicut esse simpliciter nō est actus ad quem ordinatur potentia: ita nec opari ē actꝰ ad quē ordinat̄ eēntia. sed essentia ad esse ꝛ potētia ad operari. cum ḡ creatura per suam essentiā non habeat ꝙ ordinet̄ expectando ad alium actum ꝙ̄ eē quia per illud quo est in actu simpliciter. non est in potentia expectatiua. oportet dare ꝓter essentiā q̄ actu est simpliciter. aliud quo ordinet̄ ad actū expectatū ꝙ est operari. vbi ḡ esse distinguit̄ ab operari sicut actꝰ semꝑ presens ab actu expectato. oportet dare aliud principiū quo ordinetur ad hoc. ꝛ aliud quo ordinet̄ ad illud. ¶ 4ª rō quā etiā facit vbi statim dixi talis ē: Impossibile inquit est ꝙ aia sit sue potētie ꝓpter tria. Primo quia essentia est vna. in potentia aūt oportet ponere multitudinē ꝓpter diuersitatem actuū ꝛ obiectorum. oportet enim potentias ſm actum diuersificari. cum potentia ad actum dicatur. 2º idem apparet ex potentiarum differentia: quarum quedam sunt quarundam partium corporis actus ut omnes potentie sensitiue ꝛ nutritiue partis. Quedam ṽo potentie non sunt actus partium corporis ut intellectꝰ ꝛ voluntas. quod esse non posset si ~~sue~~ potentie non essent aliud ꝙ̄ eius essentia. nō eni potest dici ꝙ vnū ꝛ idem possit esse actus corporis ꝛ sepatum a corpore nisi ſm diuersa. 3º apparet idem ex ordine potentiarum anime ꝛ habitudine illarum ad inuicem. inuenit̄ enim ꝙ vna aliam mouet: sicut sensus irascibilem ꝛ concupiscibilem. ꝛ intellectus voluntatem. qđ eē nō posset si omnes potētie essent ipsa essentia anime. qꝛ idem ſm idem nō mouet seipsum. ut probat phs. Relinquitur ergo ꝙ potentie anime non sunt ipsa essentia. hec ille. ¶ Sed contra hanc rationē multe fiūt instantie. Prima quidē cōtra primū motiuū ibi tactū. diceretur enim ꝙ eadem potentia est potētia cōtrarioꝝ. tam passiua ut superficies albi ꝛ nigri: ꝙ̄ actiua

⁊ hoc siue rationalis que potest ī opposita siue actiua naturalis vniuersalis. siue actiua naturalis particularis sm diuersitatem recipientiū. ut calor aliqua indurat ⁊ alia liquefacit. ⁊ eadem est potentia sensitiua contrariorū. nec differunt re opinatiuū ⁊ intellectiuū nec posse sanari ⁊ infirmari. cum cōtrarietas nata sit fieri circa idem. distinctio autem potētiarum de qua loquitur phūs debet intelligi sm rationē nō sm rem. Uel diceretur etiam ꝙ actus cōmunis differant genere possunt esse ab vno principio quodam ordine siue sit actiuū siue passiuū. ⁊ sicut tu dicis essentiā aīe vnam esse principium productiuū ⁊ receptiuū multarū potentiarum anime. licꝫ quodam ordine. sic dicā a simili ꝙ est principium multarum operationū eodem ordine. ¶ 2ª instantia est quia ad 2ᵐ motiuū diceret̄ ꝙ ideo dicuntur alique potentie sepate a corpore ⁊ alie coniūcte. quia anima aliquas operationes potest nō coexigendo organū corporeum. ⁊ aliqua non potest nisi per organum corporeū. non tamen ex hoc habet̄ ꝙ illud quo anima potest hanc operationem uel aliā sit accidens distinctum ab anima. ¶ 3ª instantia est qꝛ diceret̄ ad 3ᵐ motiuū ibi tactū ꝙ cū actio sit a potentia actiua. ⁊ passio a potentia passiua. non est maiꝰ inconueniens idem esse principiū actionis ⁊ passionis. uel idem mouere seipsum. ꝙ idem eē principium potentie actiue ⁊ principium potētie passiue subiectiuū imo minus. quia si idem non potest eē in actu ⁊ potentia instrumentaliter. multo minus principaliter. subiectum autem est principiū agens ⁊ patiens. vñ si aīa potest eē subiectū potentie actiue et passiue. pari ratione potest per se agere ⁊ pati imediate sicut mediate. licꝫ agat per vnā potentiā instrumentaliter. ⁊ patiatur per aliam imediate. tamē agit principalit̄ ⁊ patitur per suam eēntiam. ¶ Ad primam instantiā dicit̄ ꝙ neutra solutionū ibidem positarū sufficit. non quidem prima. quia licꝫ distinctio sm rationē non sit causa effectiua distinctiōis realis actuū uel obiectorum uel potentiarum anime. tamē distinctio rationis per modum finis uel forme potest eē principiū distinctionis realis potentiarum. ex quo enim potentie sm suā eēntiā ordinātur ad obiecta ut differētia sm rationē ita ꝙ vna potentia nullo modo ordinatur ad obiectū sub tali ratione sub qua alia potentia ordinat̄ ad suū obiectum. oportet ꝙ tales potentie distinguant̄ genere uel specie. ⁊ differ numero. ⁊ ideo falsa est glo. q̄ datur ad dicta Aristotilis imponens sibi ꝙ asserit potentias tales sola ratione distingui. nec tamē oportet ꝙ oīs diuersitas rationis in obiecto diuersificet actū uel potentiā anime. sed solum rationes ille obiectoꝝ quas potentie primo ⁊ ꝑ se respiciunt. Et ideo instantie facte nihil valent. nam potentia passiua non respicit aliquod contrariorum sub ratione propria sed cōi cuilibet contrariorum. nec potētia actiua rationalis uel naturalis vniuersalis uel particularis que diuersos effectus sm diuersitatem passiuoꝝ inducit. nulla siquidē istarum respicit plura. sed omnia sub vna cōi ratione obiecti quod primo ⁊ per se respicit. ut patet per singula discurrēti. sola siquidē obiectoꝝ diuersitas potētias diuersificat a q̄ potētia recipit specificā distinctionem. 2ª similiter responsio ibidem data non valet. quia anima non recipit speciem a suis potētijs sicut potentie ab obiectis. et ideo non oportet ꝙ ab eadem potentia anime procedunt diuerse operationes. cum proximū principium operationis speciē recipiat ab obiecto modo ꝑdicto. ⁊ in 2ª ōne explicādo. ¶ Ad secundā instantiā dicitur ꝙ illa responsio ibidē data non valet. quia Ar. dicit intellectum nullo modo esse materie imixtum. nec esse actum corporis. cū ergo eēntia anime sit actus corporis ipsa nō pōt dici intellectus ad mentem phi. ¶ Ad tertiā dicitur ꝙ responsio ibidem data nulla est. nō enī est inconueniēs idem eē principium potentie actiue ⁊ potentie passiue. sicut eēt inconueniens idem eē proximū principiū actionis ⁊ passionis. proximū enim principiū agendi non potest eē eiusdem speciei cum proximo principio patiendi. alias idem esset in potentia ad se. Similiter agens ⁊ patiens sunt dissimilia in principio. Illud aūt quod additur de instrumento. nihil est ad ꝓpositum. nam potentie anime non sūt ꝓprie in potentia uel in actu sed anima per eas. nec agunt nec patiuntur sed anima per eas. non sunt enim talia instrumenta q̄ habeant aliam actionem a principali agente uel que recipiant motum a principali agente ⁊ postea agāt. sed sunt instrumenta coniūctissima. imo ratio agendi uel patiendi. ⁊ ideo non sequitur ꝙ anima principalit̄ sm suā essentiā agat ⁊ patiatur proxime. ⁊ agat ⁊ patiat̄ instrumentaliter per potētias. sed sequitur ꝙ anima agit ⁊ patitur principalit̄ sm diuersa instrumenta. arguens enim imaginatur animā prius agere principaliter per eēntiā. ⁊ post instrumentaliter per potentias que imaginatio a nostra procul repellitur ratiōe. quicquid enim anima agit per potentias agit ꝑncipaliter licꝫ agat per instrumenta coniūctissima. ⁊ sic patet ꝙ illa ratio principalis in sua efficacia ꝑseuerat. ¶ 5ª rō principalis est ista. Omne agens q̄d agit per eēntiā est agens primū. ut Auicēna dicit. Cuius ratio est qꝛ omne 2ᵐ agens agit inq̄tum participat aliquid. ⁊ ita agit per aliquid additum eēntie sue. sed anima non ē agens primū. ergo non est agens per eēntiā suā. sed ipsa agit per suam potentiā. ergo sua potentia nō est sua eēntia. Istam rationem ponit p̄ sen. dis. presenti. ¶ Sed ad hanc rōnē fit instātia. Dicit̄ enī ꝙ aliquod agens agere per eēntiā contingit tripliciter. Primo modo quia essentia sua est actio qua formaliter agit. Alioᵒ qꝛ ex eēntia sua habet ꝙ agat ⁊ ab aliq̄ extrinseco hoc conferente. Alio modo quia eēntia sua est ei ratio ⁊ proximū principium agendi modo quo aliqd agens creatum agat per essentiam. p̄mo uel 2ᵒ modo negatur ꝙ omne agens creatum agit distincta actione realiter a sua essentia. similiter omne creatū agēs habet a primo agente effectiue suam actiuitatē. sed 3ᵒ modo sumendo agere per eēntiam conceditur aliquod agens creatum agere per eēntiā. Sed contra istam responsionē arguitur sic. Nullius eēntie create suū eē est suū agere per se. ergo nulliꝰ eēntie create sua eēntia ē sua potētia actiua. ꝓbat̄ ꝯña qꝛ esse̅ create

tia qua res habet esse simpliciter nō ordinatur ad vl-
teriorem actum ꝙ̄ sit suū esse. quia tunc per idem res
haberet esse simpliciter actu. ⁊ per illud idem esset in
potētia ad actum vlteriorem. vbi ergo agere differt
ab eē oportet ꝙ aliud sit illud per quod res habet sim
pliciter esse. ⁊ aliud sit illud per quod ordinat̄ ad age-
re. sed illud 2ᵐ vocamus potentiā. igitur in oī agente
creato potentia differt ab essentia. nec aliquod tale
agit per essentiā 3º modo nisi ageret ꝑ essentiā primo
modo. ¶ 2ª ꝯ̄ hui⁹ articuli est ista. ꝙ voluntas ⁊ intel-
lectus in anima rationali sūt due potētie realiter di-
stincte. Hanc ꝯ̄nem probat sanctus Tho. de verita-
te. q. 22. arti. 10. Uoluntas inquit ⁊ intellectus sūt di-
uerse potētie ⁊ ad diuersa genera potentiarū anime
pertinēt. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ cum di-
stinctio potētiarū anime attendat̄ penes actus ⁊ ob-
iecta. nō quelibet obiectoꝝ differētia ostendit diuer-
sitatē potentiaꝝ. sed differentia obiectoꝝ inꝙ̄tū ob-
iecta sunt. non aūt aliqua accidentalis differētia que
dico accidat obiecto inꝙ̄tum obiectum est. sensibili
enim inꝙ̄tum sensibile est accidit eē animatū uel in-
animatū ꝙ̄uis ipsis rebus que sentiūt̄ he differentie
sint essentiales. ⁊ iō penes has differentias nō diuer-
sificant̄ potentie sensitiue sed penes visibile ⁊ penes
audibile ⁊ tangibile que sunt differentie sensibilis in-
ꝙ̄tum est sensibile siue per esse sensibile per mediū ⁊
sine medio. ⁊ quando quidē differētie essentiales ob-
iectorum inꝙ̄tum obiecta sunt sumunt̄ ut diuidētes
per se aliquod speciale obiectum anime. ex hoc diuer
sificantur potentie. sed non genera potētiaꝝ sicut sen
sibile nominat nō obiectum aīe simpliciter sed quod-
dam obiectū quod predictis differentijs diuiditur ꝑ
se. vñ visus audit⁹ ⁊ tactus sunt diuerse potētie spe-
ciales ad idem genus potentiaꝝ anime pertinentes
scꝫ ad sensum. sed quando differētie accepte diuidūt
ipsum obiectum coīter acceptū. tunc ex tali differen-
tia innotescūt diuersa genera potentiaꝝ anime. dicit̄
autē aliquid esse obiectum anime s̄m ꝙ habet aliquā
habitudinem ad animā. vbi ergo īuenimus diuersas
rationes habitudinis ad animā ibi īuenim⁹ per se dif-
ferentiā obiecti anime demonstrantē diuersū genus
potentiaꝝ anime. res aūt ad animā inuenitur dupli-
cem habitudinem habere. vnā s̄m ꝙ ipsa res ē in aīa
per modum anime ⁊ nō per modum sui. Aliam s̄m ꝙ
anima cōparatur ad rem in suo esse existētē. ⁊ sic ob-
iectum anime est aliquid dupliciter. Uno modo inꝙ̄-
tum natum est esse in anima non s̄m esse propriū sed
s̄m modum anime id est spiritualiter. ⁊ hec ē ratio co-
gnoscibilis inꝙ̄tū est cognoscibile. Alio modo ē aliqd
obiectum anime s̄m ꝙ ad ipsū anima inclinatur ⁊ or-
dinatur s̄m modū ipsius rei in seipsa existentis. ⁊ hec
est ratio appetibilis inꝙ̄tum est appetibile. vñ cogno
scitiuū ⁊ appetitiuū ī anima cōstituūt diuersa genera
potentiarū anime. vñ cum intellectus sub cognitiuo
comprehendatur ⁊ voluntas sub appetitiuo oportet
voluntatem ⁊ intellectum esse potentias genere di-
uersas. hec ille in forma. Ex quibus manifeste patet
vnde originatur distinctio potentiaꝝ: quia. s. ex acti-
bus ad diuersa obiecta terminatis tali diuersitate ꝙ̄
diuidat obiectum anime in cōmuni. ul' aliqđ gen⁹ ob-
iecti anime. Item in scripto sup 2º de anima ostendēs
quomodo sūt qnꝗ genera potētiaꝝ anime sic ait. Cū
omnis potentia dicatur ad actū ꝓpriū: potentia ope-
ratiua dicitur ad actum qui est operatio. potētie aūt
anime sunt operatiue. talis est enim potentia forme.
vñ necesse est s̄m diuersas operationes anime accipi
diuersitatem potentiaꝝ. operatio aūt anime est ope-
ratio rei viuentis. cum igitur vnicuiꝗ propria opatio
insit s̄m ꝙ habet esse. eo ꝙ vnūquodꝗ operatur in-
ꝙ̄tū est ens. ideo oportet operationes anime conside
rare s̄m esse quod inuenitur in viuentibus. hꝫ aūt vi-
uentia inferiora quoꝝ actus est anima habēt duplex
esse. vnū quidem materiale in quo coīcant cum alijs
rebus materialibus. aliud īmateriale in quo coīcant
cū substātijs supiorib⁹ aliꝗliter. Est aūt differētia inē
vtrūꝗ esse. quia s̄m esse materiale quod est per ma-
teriam contractū vnaqueꝗ res est hoc solum qđ est
sicut hic lapis non est aliud ꝙ̄ hic lapis. Scđm v̄o eē
īmateriale quod est amplum ⁊ quodāmodo infinitū
inꝙ̄tum non est per materiā terminatum res nō solū
est illud quod ē. sed ē etiā quodāmodo alia. vñ in sub-
stantijs superioribus īmaterialibus quodāmodo sūt
omnia. sicut in vniuersalibus causis. Hꝫ autē eē īma
teriale habet duos gradus in istis inferioribus. Nam
quoddā est penit⁹ īmateriale. s. esse intelligibile. in in-
tellectu enī res habent esse sine materia ⁊ sine condi-
tionibus materie indiuiduantib⁹ ⁊ etiam absꝗ orga-
no corpali. Esse autē sensibile est mediū inter vtrūꝗ
nam in sensu res habet esse sine materia. non tamen
absꝗ conditionib⁹ materie indiuiduātib⁹ neꝗ absꝗ
organo corpali. est enim sensus particulariū: intelle-
ctus v̄o vniuersalium. Et ꝙ̄tum ad hoc duplex esse
ostendit ph̄us 3º de aīa ꝙ anima est quodāmodo om-
nia. Operationes igitur que competunt viuenti s̄m
esse materiale sūt operationes que attribuūtur ani-
me vegetabili. que tamē licꝫ ad idem ordinent̄ ad qđ
ordinantur actiones in rebus īanimatis. s. ad conse-
quendum esse ⁊ conseruandum. tamen in viuentib⁹
hoc fit per altiorem ⁊ nobiliorem modum. corpa enī
inanimata generantur ⁊ conseruantur in esse a prin-
cipio motiuo extrinseco. animata v̄o generant̄ a ꝑn-
cipio intrinseco qđ est in semine. conseruant̄ v̄o a ꝑn-
cipio nutritiuo intrinseco. hoc enī videtur esse ꝓpriū
viuentiū quod operent̄ tanꝗ ex seipsis mota. opera-
tiones v̄o que attribuūtur rebus viuentibus s̄m esse
penitus īmateriale pertinent ad partem anime intel
lectiuā. que v̄o attribuūtur eis s̄m esse mediū ꝑtinēt
ad partem anime sensitiuā. ⁊ s̄m hoc triplex eē distin-
guitur coīter triplex anima. s. sensibilis vegetabilis ⁊
rationalis. Sed qꝛ omne eē ē s̄m aliquā formā. opor-
tet ꝙ esse sensibile sit s̄m formā sensibilē. ⁊ esse intelli
gibile s̄m formā intelligibilē. ex vnaquaꝗ aūt forma
sequit̄ aliqua inclinatio. ⁊ ex inclinatiōe opatio. sicut
ex forma naturali ignis sequit̄ inclinatio ad locū sur-
sum s̄m quam ignis dicit̄ leuis. ⁊ ex hac inclinatione
sequit̄ opatio. s. motus qui ē sursū ad formā. igit̄ tam

sensibilē q̄ intelligibilē sequit̄ quedā inclinatio que dicitur appetit⁹ sensibilis uel intellectualis. sicut inclinatio sequēs formā naturalē dicitur appetitus naturalis. ex appetitu aūt sequit̄ opatio que est motus localis. Hec igitur ē ratio quare oportet eē qnq̄ genera potētiaꝝ anime. hec ille. Ex quib⁹ apparet quō potētie anime diuersificant̄ s̄m opationes rei viuentis. Operatio aūt rei viuentis in istis materialib⁹ cōsequitur uel eē penitus imateriale. uel eē penit⁹ materiale. uel eē medio modo se hn̄s. Ad opationes aūt ꝯsequētes primū esse ordinant̄ potētie partis intellectiue. ad opationes ꝯsequētes 2^m eē ordinantur potentie vegetatiue partis. ad opatiōes aūt consequētes 3^m esse ordinantur potentie sensitiue partis. Sed quia quodlibet esse supdictū sequit̄ duplex operatio. nam quedā opatio sequit̄ imediate formam dantem esse. quedam vo consequit̄ inclinationē causatā ex forma que dat esse. ideo in parte intellectiua ē duplex potentiarū genus. ⁊ similiter in parte sensitiua nam potentia que ordinatur ad opationē consequētem imediate formā intelligibilem uel sensibilē dicit̄ apprehensiua. potentia vo q̄ ordinat̄ ad opationē cōsequentē formā intelligibilē uel sensibilem mediāte inclinatione causata ex forma dicit̄ appetitiua. potētia vo que ordinat̄ ad opationē sequentē inclinationem causatā a forma naturali ꝑut dat esse materiale dicitur s̄m locum motiua. sed quia appetitiua tam partis sensitiue q̄ partis intellectiue noīe coī dicitur appetitus. ideo dicunt̄ qnq̄ genera potētiaꝝ anime. Item p̄ma parte. q. 78. arti. p̄. sic ait. Genera potentiarū anime distinguūt̄ s̄m obiecta. quanto eni potētia est altior tanto respicit vniuersalius obiectū. Obiectum aūt opationis anime in triplici ordine pōt considerari. actus eni potentie obiectū est solū corp⁹ aīe vnitū. ⁊ hoc genus potētiaꝝ aīe dicit̄ vegetatiuū. nō eni potentia vegetatiua agit nisi i corp⁹ cui aīa vnit̄. est aūt aliud genus potentiaꝝ anime qō respicit vniuersalius obiectū: sc̄z omne corpus sensibile. ⁊ nō solum corpus aīe vnitū. est aūt alterū genus potētiarū aīe quod respicit adhuc vniuersali⁹ obiectū. s. non solum corpus sensibile sed vniuersaliter omne ens. Ex quo patet q̄ ista duo secūda genera potētiaꝝ aīe hn̄t operationē non solum respectu rei coniūcte sed etiā respectu rei extrinsece. cū aūt oporteat operans aliq̄ modo coniūgi suo obiecto circa quod opatur. necessario est rem extrinsecā que est obiectū opatiōis aīe s̄m duplicem rationē ad aīam cōparari. Uno modo s̄m q̄ nata est coniūgi anime ⁊ in anima eē per suam similitudinē. ⁊ q̄tum ad hoc sūt duo genera potētiarum anime. s. sensitiuū respectu obiecti min⁹ cōis qō est corpus sensibile. ⁊ intellectiuū respectu obiecti cōmunissimi qō ē ens vle. Alio vo mō s̄m q̄ ipsa inclinatur aīa ⁊ tendit in rē exteriorē. ⁊ s̄m hāc comparationem etiā sūt duo genera potētiaꝝ anime. vnū quidē s. appetitiuū s̄m q̄ aīa compat̄ ad rem extrinsecā ut ad finē qui est p̄mū in intentiōe. Aliud vo motiuū s̄m locū ꝑut aīa compat̄ ad rem exteriorē sicut ad terminum operatiōis ⁊ motus. ad consequēdū eni aliquod desideratū ⁊ intentū omne animal mouetur. hec ille. Ex quibus patet vnde consurgit distinctio potētiaꝝ aīe s̄m gen⁹. s. s̄m obiecta. ⁊ sp̄ habet̄ q̄ volūtas i aīa nostra ē alia potentia ab intellectu. non solū alia specifice imo s̄m gen⁹. ¶ 3ª ꝯ est q̄ memoria in parte intellectiua nō est potētia distincta ab intellectu. Istā ꝯnē ponit sc̄us Tho. de veritate. q. 10. arti. 3º. dicens. Memoria nō pōt esse in mente alia potentia preter intelligentiā. qō sic patet. Potētie eni non diuersificantur ex diuersitate obiectorū ex his que accidunt obiectis s̄m q̄ sūt taliū potentiarū obiecta. vn̄ calidū ⁊ frigidū que colorato accidūt inq̄tum h̄ꝫ non diuersificant potentiā visiuā. eiusdē eni visiue potētie ē in videre coloratū calidū ⁊ frigidum dulce ⁊ amarum. Q̄uis aūt mens siue intellect⁹ aliquo mō possit cogitare p̄teritū. tn̄ cū indifferent̄ se habeat ad cogitanda presentia p̄terita ⁊ futura. differētia p̄ntis ⁊ preteriti est accidētalis intelligibili inq̄tū h̄ꝫ. vn̄ q̄uis in mēte possit eē aliquo mō memoria. non tn̄ pōt eē ut potētia quedā ꝑ se distincta ab aliis: ꝑ modū quo ph̄i de distinctiōe potētiaꝝ loquūtur. sꝫ hoc modo solū potest īueniri memoria in parte aīe sensitiua que fertur ad p̄sens inq̄tū p̄sens est. vn̄ si debeat ferri in p̄teritum requiritur alia virtus altior q̄ sensus. nihilominus tn̄ ⁊ si memoria non sit potentia distincta ab intelligētia ꝑut intelligentia sumit̄ ꝓ potentia. hn̄ iuenit̄ etiā triplicitas i aīa etiā ꝯsiderādo ipsas potētias s̄m q̄ vna potētia que ē intellectus habet habitudinē ad diuersa. s. ad tenendū habitualiter noticiam alicuius. ⁊ ad ꝯsiderādū illud actualiter. sicut etiā Aug⁹ distinguit rationē superiorem ab inferiori s̄m habitudinem ad diuersa. hec ille. Ex quo patet q̄ eadem potentia dicitur in parte intellectiua memoria ⁊ intelligentia s̄m habitudinem ad diuersa. s̄m enim q̄ illa potentia habet habitudinem ad tenendum habitualem noticiam aut speciem alicuius obiecti dicitur memoria. s̄m vo q̄ habet habitudinem ad actualiter considerandum de obiecto dicitur intellectus. Item prima parte. q. 79. arti. 7º. Potentie inquit anime distinguūtur s̄m diuersas rationes obiectorum eo q̄ ratio cuiuslibet potentie consistit in ordine ad illud ad qō dicitur qō est ei⁹ obiectū s̄m cōmunē rationē obiecti. nō diuersificabitur potentia illa s̄m diuersitatem particulariū differentiarū: sicut potentia visiua que respicit suum obiectū s̄m rationē colorati non diuersificat̄ ꝑ diuersitatem albi ⁊ nigri. Intellectus aūt respicit suū obiectum s̄m cōmunē rationem entis. eo q̄ intellect⁹ possibilis est quo omnia fieri. vn̄ s̄m nullam differentiā entium diuersificabitur differentia intellectus possibilis. diuersificabitur tamen potentia intellect⁹ agentis ⁊ intellectus possibilis. quia respectu eiusdem obiecti aliud principium oportet esse potentiam actiuā que facit obiectum esse in actu. ⁊ aliud potentiā passiuā que mouet̄ ab obiecto in actu existente. ⁊ sic potentia actiua compat̄ ad suū obiectum. ut ens i actu ad ens in potentia. potentia autē passiua compat̄ ad suū obiectū ecōuerso. ut ens i potētia ad ens in actu. sic nulla alia differētia potentiaꝝ in intellectu eē po

test nisi possibilis ⁊ agentis. vñ patet ꝙ memoria non pōt esse alia potētia ab intellectu possibili. ad rationē eni potentie passiue ꝑtinet cōseruare sicut ⁊ recipere hec ille. Idē ponit p̄ sen. dis. presenti. q. 4. arti. p̄. vbi sic ait. Omnis proprietas cōsequēs eēntiā anime s̄m suā naturā vocat͛ hic potentia anime siue sit ad operandum siue non. cū igit͛ natura anime sit receptiua in q̄ntum habet aliquid de possibilitate eo ꝙ omne habens esse ab alio est potentiale. ut ꝓbat Auicenna. ⁊ non sit expressa organo corporali cum habeat operationē absolutam a corpore in intelligere. sequit͛ ipsā quedam proprietas ut impressa retineat. vñ 3° de aīa dicit͛ ꝙ aīa est locus specierū nō tota sed intellectus. illa ḡ virtus recipiēdi dicit͛ hic potentia memorie. hec ille. verūtamē ibidem ponit ista tria: memoriā intelligentiā voluntatē esse tres potētias. sed hoc dicebat sequendo magistri opinionē in illa parte. nam oppositum tenuit post in sūma cū ex ꝓprijs loquebat͛. ¶ 4ª ꝯ ꝙ mens ꝓut in ea est imago trinitatis nō est idē qđ anima. nec qđ memoria aut intelligentia uel volūtas Ista ꝯ patet. quia mens isto mō dicta noīat quoddā potentiale continēs sub se multas potentias ꝑticulares. qđ patet per scm̄ doctorē de veritate. q. 10. arti. p̄ ad 7m vbi sic ait. Sicut pars anime sensitiua non intelligit͛ esse vna quidē potentia preter omnes particulares potentias que sub ipsa cōprehendūt͛. sed est quasi quoddā totū potētiale cōprehendēs oēs illas potentias quasi partes: ita etiā mens nō est vna quidem potētia preter memoriā intelligentiā volūtatē: sed est quoddā totū potentiale comp̄hendēs hec tria sicut etiā videmus ꝙ sub potentia faciendi domū cōprehēditur potētia dolandi parietes lapides. ⁊ sic de alijs. hec ille. Ex quo patet ꝙ mens nostra nō est eadem alicui particulari potentie anime: qđ est secūda pars ꝯnis. Prima vero pars ꝯnis. s. ꝙ mens isto modo dicta non sit id ipsum qđ aīa. patet ꝑ eundem ibidem ad 8m. Mens inquit non compat͛ ad intelligentiā ⁊ voluntatē sicut subiectū. sed magis sicut totū ad partes. Et in p̄ncipali responsiōe dicit sic. Mens ꝓut in ea est imago nominat potentiā anime ⁊ non essentiā. uel si nominat essentiā hoc non est nisi in q̄ntum ab ea effluit talis potentia. Et ibidē ad primū dicit ꝙ Augꝰ accipit mentē s̄m ꝙ signat aīe essentiā simul cū tali potentia. Ex quo patet ꝙ s̄m eū ibidem mens dicit vnū totū potentiale respectu memorie intelligentie ⁊ voluntatis. uel dicit essentiā aīe cū illa generali potētia uel toto potentiali predicto. ⁊ huic consonat qđ dicit p̄ sen. dis. 3. q. 5. arti. p̄. Mens inquit multipliciter dicit͛ s̄m quosdam. q̄nq; eni dicit͛ ipsa natura intellectiua. sicut Dionysiꝰ vocat angelos diuinas mentes. q̄nq; dicit͛ intellectus examinans res s̄m ꝙ mens dicit͛ a metior metiris. ⁊ iuxta hoc etiā sumit͛ ꝙ dicit͛ mens esse superior pars aīe. s. intelligentia. q̄nq; dicit͛ pro memoria a reminiscendo dicta. ⁊ dicūt ꝙ ita sumitur hic. vñ dicūt ꝙ mens hic sumit͛ pro habitu memorie noticia ꝓ habitu intelligētie. amor pro habitu voluntatis. Sed qr ista opinio non ꝓcedit s̄m opinionē magistri. ⁊ nimis extorta ē. ideo dicit͛ aliter ꝙ mens hic sumitur pro ipsa superiori parte anime que est subiectum predicte imaginis. ⁊ noticia est habitus memorie. ⁊ amor est habitus voluntatis. ⁊ ita hec assignatio sumitur s̄m essentiā ⁊ habitus substantiales. hec ille. Quicquid sit de verbis. tamen cū dicit hanc assignationem imaginis penes mentem amorem ⁊ noticiam accipit mentem pro superiori parte anime. uel ꝓ poēntia sub tali parte anime que dicit aliud ab essentia aīe licz videatur dicere ꝙ mens accipit͛ pro essentia anime. ⁊ amor ⁊ noticia pro habitibus eius. Sed considerandum est ꝙ ipse superius dixit vocando mentē superiorem partem anime. constat autem ꝙ s̄m eū potentia anime est subiectum habitus non autem eēntia. ⁊ sic patet quid est mens in proposito. ¶ 5ª ꝯ est ꝙ partes imaginis create distinguūtur ab illo i quo sūt quelibet uel aliqua illarum. Istam ꝯnē intendit scūs Thomas p̄ma parte. q. 93. arti. 7. vbi sic ait. Ad imaginem rationis pertinet aliqualis representatio speciei. Si ergo imago trinitatis diuine debet accipi in anima. oportet ꝙ s̄m illud principaliter attendat͛ qđ maxime accedit ꝓut est possibile ad representandū speciem diuinarū personarū. distinguūtur autē diuine persone s̄m [illegible] verbi a dicente ꝓcessionē ⁊ amoris cōnectentis vtrūq;. verbū aūt in aīa nostra sine actuali cognitione esse non potest. ut dicit Augꝰ 14°. de trinitate. ⁊ ideo primo ⁊ principaliter attenditur imago trinitatis in mente s̄m actus. ꝓut scz ex noticia quā habemus cogitando interius verbum formamus. ⁊ ex hoc in amorē prorūpimꝰ. sed quia principia actuū sunt habitus ⁊ potentie. vnūquodq; aūt virtualiter est in suo p̄ncipio secūdario ⁊ ex ꝯñti imago trinitatis potest attendi in anima s̄m potentias. ⁊ precipue s̄m habitus ꝓut scz in eis actus virtualiter existunt. hec ille. Item. q. 79. arti. 7°. ad p̄mū sic ait. Quis in 3ª dis. primi sen. dicatur ꝙ memoria intelligentia voluntas sunt tres vires. tñ hoc non est s̄m intentionem Augꝰ. qui expresse dicit 14°. de trinita. ꝙ si accipiat͛ memoria intelligentia ⁊ voluntas s̄m ꝙ semper presto sunt anime siue cogitentur siue non cogitentur ad solam memoriā pertinere videntur. Intelligentiam autem nunc dico qua interius cogitantes ⁊ eam voluntatem siue amorem siue dilectionem que istam prolem parentemq; coniūgit. Ex quo patet ꝙ illa tria nō accipit Augꝰ pro tribus potentijs sed memoriam accipit pro habituali anime retentione. intelligētiam aūt pro actu intellectus. voluntatem autem pro actu voluntatis. hec ille. Patet igitur cum s̄m eum potentie anime distinguantur ab anima. ⁊ actus ⁊ habitus potentiarum distinguātur similiter ab anima ꝙ partes imaginis siue dicant actus siue habitus siue potētias realiter ab anima distinguūtur. Item de veritate. q. 10. arti. 3°. dicit ꝙ imago trinitatis in mēte dupliciter assignat͛. p̄mo. s. q̄tū ad ista tria mēs noticia amor. 2° q̄tū ad illa mēoria intelligētia ⁊ volūtas. ⁊ ostēdit ibi quomodo partes 2e imaginis differunt ab anima. nā s̄m eum ibidem memoria dicit habitualem noticiam. intelligētia vero actualem cognitionem ex illa noticia procedentē. volūtas vero actualem motū voluntatis

ex cognitiōe procedentem. Dicit etiā ibi φ ptes p̄me
imaginis que scʒ attēditur ꝑm mentē noticiā ꝛ amo/
rem dicūt res distinctas ab aīa. nam ꝑm eū mens no/
minat potētiā. s. generalem. ut s̄ expositū est. noticia
ꝟo ꝛ amor habitus in ea existentes. Ex quibus patet
similiter ꝯ tota. Uerūtū p̄ sen. videtur oppositū istoꝝ
aliqualiter resonare. sed talia dicebat sustinēdo opi/
nionem magistri.

Sed contra dictas ꝯnes arguitur a multis. Cōtra pri
mam arguit Scotus sic. Ponenda est paucitas vbi
non occurrit plura ponendi necessitas. ponendū est
etiā quod nobilitat naturā aīe vbi nō occurrit impos/
sibilitas. sed nō est necessitas ponēdi aīam per aliqua
accidentia supaddita esse p̄ncipiū suoꝝ actuū. ut pa/
tet soluendo argumenta in cōtrariū. ḡ ponēdū est φ
per essentiā suā sit principiū suoꝝ actuū. Qꝛ aūt hec
sit nobilitas in anima patet. quia si esset imꝑfectionis
imediate opari ad actū. tunc hoc nō esset cōcedendū
deo. ḡ ē imperfectionis. si ergo hoc sit possibile anime
ut patet soluendo argumenta in oppositū. hoc debet
concedi essentie aīe quia ipsam nobilitat. Item nobi/
litatis est φ ordinatū ad finē imediatius attingat fi/
nem. sʒ si aīa opaꝛ̄ p essentiā imediatius attinget finē
suū q̄ȝ si opeꝛ̄ per aliquod aliud accidens supadditū.
ḡ ponere aīam per eēntiā suam operari nobilitat illā.
¶ Itē nō est ꝓpria perfectio alicuius quod nō recipi/
tur in eo sed in alio in quo pōt recipi si non esset eiꝰ. sʒ
si intellectus esset accidens additū essentie aīe in eo
reciperetur vnio dei licʒ separeꝛ̄ ab essentia aīe. ꝛ sic il/
lud accidens esset btm̄ p se. ꝛ anima nō nisi p accidēs
sicut lignū dicitur albū p accidens. quia superficies ē
in q̄ p̄mo recipiꝛ̄ albedo. vn̄ si intellectꝰ esset accidēs
non magis beatitudo esset perfectio aīe q̄ȝ albedo sit
ꝑfectio ligni. ¶ Itē 3ᵒ aliquis actus p̄mꝰ inferior ani/
ma pōt esse imediatū p̄ncipiū operationis. igitur hoc
non repugnat anime que ē actus ꝑfectior. aīs patet
in accidentibus. p̄mo quia si nullū accidens seu nullꝰ
actus accidentalis eēt p̄ncipiū imediatum operandi.
erit ꝓcessus in infinitū. 2ᵒ hoc patet in substantijs in/
ferioribus. necesse est enī subām imediate generari a
suba siue i gnātiōe vniuoca siue equiuoca. qḋ ꝓbaꝛ̄
quia necessario forma generantis est eque ꝑfecta uꝉ
perfectior q̄ȝ forma geniti. sed impossibile est formā
accidentalē quācūq̧ esse perfectiorē forma substan/
tiali. ḡ forma subalis erit imediate p̄ncipiū generādi.
si dicas φ forma accidentalis non est p̄ncipale agēs
ḡ aliqua efficientia datur supiori agenti. s. substantie.
Item vbi p̄ncipale agens non habere pōt instrumen
tum p quod attingat passū ibi imediate attingit ter/
minū ꝓductū. sed in generatiōe subale instrumentū
non pōt attingere passū. ꝓbatur. quia quicq̄d suppo/
nitur ab actu primo inq̄ȝtū est actus p̄mus supponiꝛ̄
ab actu 2ᵒ sed forma accidentalis necessario p̄suppo
nit in mā formā subalem. ḡ actio forme accidentalis
necessario p̄supponit in materia formā substantialē.
igiꝛ̄ tunc non vtiꝛ̄ eo. s. instrumento. igitur imediate.
hec sūt argumēta eiꝰ 2ᵒ sen. ¶ 4ᵒ loco arguit Aureo/
lus i suo q̄libet. q. 6. Nulla q̄litas nec aliqḋ accn̄s est
potētia pura ab oī actualitate denudata. sed intelle/
ctus possibilis ē hmōi. igiꝛ̄ intellectꝰ possibilis non ē q̄li/
tas nec accn̄s. aᵃ manifesta ē. sʒ minorē ꝓbat dupli/
citer. Primo sic. Si intellectus possibilis sit aliq̄ enti/
tas actualis uel in actu: quero igiꝛ̄ an itelligat se per
eēntiā suā sic φ sua realitas sit sua intellectio aut itel
ligat se recipiēdo itellectionē sui a seipso sicut recipit
a ceteris obiectis. Nō pōt dici 2ᵐ. qꝛ illud qḋ p eēntiā
suā ē intellectio. īpossibile ē φ sit susceptiuū alterꝰ in/
tellectiōis. qꝛ recipiēs nō pōt esse de nā specifica aut
gnīs ꝓpinqui rei recepte. sicut pʒ φ nulla figura pōt
esse p̄ncipiū recipiēdi alias figuras. nec albedo alios
colores. cū igiꝛ̄ intellectꝰ possibilis sit illud q̄ aīa susci
pit oēm intellectionē. īpossibile ē φ iste intellectus sit
eēntialiꝛ̄ intellectio. igiꝛ̄ nullo mō itelliget se si sit aliq̄
realitas i actu puta q̄litas: qḋ ē absonū dicere. 2ᵒ ꝓ/
baꝛ̄ eadē hᵒʳ. Illud q̄ recipiēs p se p̄mo recipit. necio
ē in sua nā denudatū a nā specifica aut gnīs ꝓpinqui
rei recepte. sic φ nec ē eiusdē spēi nec eiusdē gnīs ꝓ/
pinqui cū illo qḋ recipiꝛ̄. ꝛ h̄ patet siue receptio sit rea
lis siue intētionalis. vn̄ capio istā maximā uel ꝓposi/
tionem de receptiōe intētionali. sic. Nulla realitas in
actu pōt eē rō recipiēdi spēm uel similitudinē alicuꝰ
qḋ sit eiusdē spēi uel gnīs ꝓpinqui. imo oportet φ illa
realitas sit in illo genere uel spē illa potētialiter nō in
actu. non eni illud q̄ oculꝰ recipit spēm coloris ē aliq̄s
color. sʒ diaphoneitas. nec illud q̄ auris recipit soni ē
fractio aeris. sʒ potiꝰ aer frangibilis. ꝛ rō huiꝰ est. quia
oportet illud q̄ recipiēs recipit eē potētiale. ꝛ recepti/
uum eē actuale. vnū aūt idiuiduū infra eandē spēm
nō se habet ad aliud ut potētiale. nec etiā vna spēs ad
aliā infra idē genꝰ cū sint ꝯrie. sed cōstat φ aīa recipit
per intellectū possibilem omnem entitatem existentē
in actu. receptiōe dico non reali sed intētionali. ergo
non potest eē in actu eiusdem generis propinqui aut
eiusdē speciei cum aliquo ente actuali. oportet igitur
vnum dare de duobus: scʒ φ intellectus possibilis
differat genere ꝛ specie ab omni alio. quod est erro/
neum. uel φ in se non sit alicuius speciei in actu. ꝛ per
ꝯns erit pure potentialis. Et sic patet hᵒʳ sumpta. se/
quitur ergo φ intellectus possibilis non sit aliqua for
ma accidentalis. ¶ 5ᵒ arguit sic ꝑm mentem Aristote/
lis. Intellectus agens semper intelligit ꝛ continet in
virtute omnes formas intelligibiles. sed nulla quali/
tas est hmōi. nec est probabile philosophū hoc sensisse.
dicit etiam phus φ intellectus agens est substantia
actu ens. ꝛ φ est perfectio intellectus possibilis. sed
hoc non potest dici de aliqua qualitate aut de quo/
cunq̧ accidente. igitur intellectus agens non est ac/
cidens distinctū ab aīa nostra. ¶ 6ᵒ arguit sic Okam
Omne quod ꝑm sui mutationem est susceptibile con
trariorum est substantia. sed intellectꝰ possibilis ꝛ vo/
luntas ꝑm sui mutationem sunt susceptibiles contra/
rioꝝ. ḡ quodlibet eoꝝ est suba. aᵃ patet p phm in pre/
dicamentis caᵒ de suba. hᵒʳ patet. nam intellectus ē
susceptiuꝰ cōtrariarū opinionū successiue ꝑm sui mu
tationē. similiꝛ̄ voluntas ꝑm sui mutationē ē suscepti

sed de intellectu in actu. primo eni locutus ē de intel
lectu possibili. z postea de intellectu agente. z tandē
incipit loqui de intellectu in actu vbi dicit. Idem est
fm actū scientia rei scite uel res scita. z ibi distinguit
intellectū in actu ab intellectu possibili tripliciter. Pri
mo quidē qz intellectus in potentia nō est intellect9
in potētia. sed intellectus in actu. siue scientia i actu
est res intellecta uel scita in actu. z ita etiā circa sen
sum determinat q sensus in potentia z sensibile i po
tentia sunt diuersa. ¶ 2°. cōparat intellectum in po
tētia ad intellectū in actu. quia intellectus in poten
tia est prior in vno z eodem fm tempus q̄ intellect9
in actu. prius eni tempore aliquis intellectus ē in po
tentia q̄ in actu sed naturaliter prius est act9 q̄ potē
tia. z simpliciter loquendo etiā prius tēpore oportet
ponere aliquē intellectū in actu q̄ intellectū in po
tentia qui reducit in actu p aliquē intellectū in actu
z hoc est qd subdit: Qui vo fm potētiā prior tempo
rē in vno z eodē. zc. z ista cōparatione inter actum z
potentiā vtitur i 9° metaphisice. z multis alijs locis.
3° ostendit differentiā q̄tum ad hoc q intellectus in
potentia siue possibilis. quandoq inuenitur intelli
gens quandoq autem non intelligens. sed hoc non
potest dici de intellectu in actu. sicut z potentia vi
siua quandoq videt quandoq non videt. sed visus
in actu est in ipso videre in actu z hoc est qd dicit. sed
non aliquādo quidē intelligit z aliq nō. z postmo
dū subdit. Separatū aūt hoc solum quod vere ē. qd
non potest intelligi de intellectu agente nec de intel
lectu possibili cū vtrūq supra dixerit separatū. sed
oportet q intelligatur de omni eo qd requiritur ad
intellectū i actu. i. de tota pte itellectiua. vn z subdit
Et hoc solū imortale z ppetuum est. qd si exponit de
intellectu agente. sequit q intellectus possibilis sit
corruptibilis. ut Alexander intellexit. sed hoc ē ɔtra
ea que Ari. superius de intellectu possibili dixerat.
hec sanctus Thomas. Quā solutionē latius pertra
ctat z planus 2°. ɔtra gētiles ca°. 77°. Istud est primū
dictū huius responsionis ad primū motiuū tactū ibi
dem. Dicitur 2°. pro 2°. motiuo q licz esset inconue
niens q aliqua qualitas sic virtualiter contineret
omnes formas intelligibiles. scz q in passo disposito
posset se sola inducere omnes formas intelligibiles.
non tamen est inconueniens q aliqua qualitas isto
modo contineat omnes formas a nobis naturaliter
intelligibiles quo lumen continet in virtute omnes
colores faciendo eos de potētia visibilibus actu vi
sibiles. Unde sctūs Thomas 2°. ɔtra gentiles ca°. 76
Exemplū inquit de intellectu agente z possibili nō ē
oio simile si oculus simul cum hoc quod est diapha
nus z susceptiu9 colorū haberet tātū de luce q pos
set colores facere visibiles i actu. sicut quedā aīalia
dicuntur sui oculi luce sufficiēter illuminare sibi ob
iecta propter qd in nocte vident magis. in die vero
minus. sunt enim debiliū oculorū. quia a parua luce
mouentur. a multa aūt cōfunduntur. Cui est etiā si
mile in intellectu nostro qui ad ea que sunt manife
stissima se habet sicut oculus noctue ad solem. vnde
paruū lumen intelligibile quod nobis est cōnatura
le sufficit ad faciendū actionē intellect9 agentis. hec
ille. Item 3°. de anima et 1° ca°. Quoniā autē sicut in
omni natura. sic dicit. Cōsiderandū inquit est quō i
tellect9 possibilis sit i potētia ad itelligibilia z quō in
tellectiua sint i potētia itellect9 agētis. ē eni itellect9
possibilis in potentia ad intelligibilia. sicut indeter
minatū ad determinata. nam intellect9 possibilis nō
habet determinate naturā alicuius rerū sensibiliū.
vnūqdq autem intelligibile est aliqua determinata
natura alicuius spēi. vn supra dicit phus. q intelle
ctus possibilis comparatur ad intelligibilia sicut ta
bula ad determinatas picturas. Q̄tum ad hoc aūt si
intellect9 agens haberet in se determinationē oium
intelligibiliū non indigeret intellectus possibilis fan
tasmatibus. sed per solum intellectū agētē reduce
retur in actum omniū intelligibiliū. z sic nō cōpare
tur ad intelligibilia ut faciens ad factū. ut dicit phs
hic. sed ut existens ipsa itelligibilia. comparat igitur
ut actus respectu intelligibiliū inq̄tum est quedam
virtus imaterialis actiua potens alia similia sibi fa
cere. s. imaterialia. z per hunc modū illa que sunt in
telligibilia in potentia fiunt intelligibilia in actu per
intellectū agentem. Sic enim z lumen facit colores
in actu nō q ipsum habeat i se determinationē oium
colorū. hō aūt virtus actiua est quedā pticipatio lu
minis intellectualis a substantijs separatis. z ideo di
cit phs q est sicut habitus ut lumē. hec ille. Et hoc p
2° motiuo illius argumenti. ¶ Dico 3°. q fm sanctū
Thomā prima pte. q. 79. sensus aliquando accipit p
potētia sensitiua. aliquādo vo p ipsa anima sensiti
ua. denominat eni ipsa anima sensitiua noie sue pn
cipalis potentie que est sensus. z similiter aīa intelle
ctiua quādoq nominatur nomine intellectus quasi
a sua virtute pncipaliori. sicut dr 3°. de anima. z p q
intellectus est substantia quedā. hec ille. Ex quo pa
tet ad quem sensum phus sit locutus. Et ista sint di
cta pro hoc principali. ¶ Ad 6m dicitur q hoc est falsa
nō enim intellectus aut voluntas ppie mutatur. s
anima fm intellectū z voluntatē. sicut enim nullum
accns ppie subiectū ē isto modo q subijciatur: sed
si dicatur subiectum hoc est quia est ratio alicui q
subijciatur z est illud quo aliqua substantia efficitur
propriū subiectum alterius accidentis. sic nec aliqd
accidens ppie mutatur. sed bene pōt esse ratio q
aliquid mutetur. Et si ex hoc dicatur accns mutari
hoc ē improprie dictū. nec tunc illo modo mutatiōis

loquendo esset vera a^a sumpta ex dictis phi. s. ꝙ oē illud qđ sm sui mutationē. &c. ¶ Ad 7^m dr̄ ꝙ aīa ē capax dei sm naturā suam sicut sm primū principium capiēdi deū. & sicut qđ capit deū. sed aīa nō ē capax dei sm naturā suam. sicut sm ꝓrimū ṗncipiū capiēdi. sȝ sm potencias que sunt ꝓrima principia actuū quibus attingit deus per modū obiecti. ¶ Ad 8^m negatur h^a. nec dictū illius actoris de spū & aīa tenendū est. vñ sanctus Thomas de spūalibus creaturis vbi supra ad 2^m sic ait. Liber de spū & aīa apocryph^9 est cū eius actor ignoret. etiam sūt ibi multa improprie vl' false dicta. qȝ ille qui librum cōposuit non intellexit dicta sanctoꝝ a quib^9 accipere conatus fuit si tamē sustineri debeat. Sciendū ꝙ est triplex totū. scȝ vniuersale qđ adest cuilibet pti sm totā suā essentiā & virtutē. vñ ꝓprie predicatur de suis partib^9. ut cū dicit ꝙ homo est aīal. Aliud vo est totū integrale qđ nō adest alicui sue pti sm totā suā essentiam neqȝ sm totā suam virtutē. & iō nullo mō ṗdicat de pte. ut dicatur paries est domus. 3^m est totū potentiale qđ est mediū inter hec duo. adest eni sue pti sm totā suā essentiā. sed nō sm totā suam virtutē. vñ medio mō se habet in predicando. ṗdicatur enim quandoqȝ de partibus: sed non proprie. & hoc modo quandoqȝ dicitur ꝙ aīa est sue potentie. uel ecōtra. hec ille. ¶ Ad 9^m dicitur pmo ꝙ impossibile est potentias aīe circumscribi ab aīa etiam p intellectū ꝓprie loquēdo intelligendo aīam esse sine illis. Un̄ sanctus Tho. de spiritualibus creaturis vbi supra ad 7^m. ꝙ licȝ itellect^9 possit intelligere essentiā aīe. non intelligendo potētiā eius. nō tamē pōt intelligere ꝙ aīa sit sine potentijs. vñ ibidē sic ait. Duplex est opatio intellect^9 sicut dicit 3° de aīa. vna qua intelligit qđ qd est. & tali operatione intellectus potest intelligere esse rei sine ꝓprio & sine accñte. cum neutrū eoꝝ ingrediat essentiam rei. Alia est operatio intellect^9 cōponentis & diuidentis. & sic pōt substantia intelligi sine accidētali predicato etiā si sm rem sit inseparabile. sicut pōt intelligi coruus eē albus. nō eni est ibi repugnātia intellectuū cū oppositū predicati nō dependeat ex ṗncipijs speciei que sigt nomine posito in subiecto. hac vo operatiōe nō pōt intelligi substantia sine ꝓprio. non eni pōt intelligi ꝙ hō nō sit risibilis. uel ꝙ triangulus non habet tres angulos. &c. hic enim est repugnātia intellectuū qȝ oppositū predicati depēdet ex natura subiecti. sic igit pōt intelligi pma operatione intellectus essentia aīe sine potentijs. ut. s. intelligat qd est absqȝ potētijs. nō autē secunda opatione. ut. s. intelligat nō habere potentias. hec ille. Ex quo patet ꝙ nō pōt intelligi essentia aīe esse sine talib^9 accidentibus ꝓprijs. & multo minus ecōtra. cū i diffinitione passionis ponat subiectū. Ex quo vlterius infertur ꝙ nō est factibile ꝙ aīa sepetur a suis accidētib^9 ꝓprijs. nō eni opoꝛtet ꝙ omnia distincta realiter ab inuicē etiā absoluta possint ab inuicē realiter separari. uel vnū destrui alio remanente. uel separatim cōseruari. nec vbi vnū ē de ratiōe alterius. nec vnū ex ṗncipijs ɔstituēt. h^9 reliquū naturali ɔsequētia resultat ipsis positis extra suā causam efficientē. nec vnū est alteri rō existendi. ꝓpter defectū pmi diffinitum non pōt esse sine diffinientib^9. ꝓpter defectū secundi subiectū nō pōt eē sine ꝓpria passiōe nec ecōtra. ꝓpter defectū tertij eēntia nō pōt existere sine eē nec ecōtra. nec materia sine forma. licȝ econtra. Dicitur 2° ꝙ posito p impossibile ꝙ aīa esset omni accidente spoliata ipsa esset nata intelligere & velle. sȝ nō posset intelligere neqȝ velle loquendo de potentia reali que est ꝓrimū ṗncipiū agēdi uel patiendi. secus si loquamur de potētia logica uel absolute sumpta q̄ non est nisi non repugnantia terminoꝝ. illo mō eni tali ypotesi facta aīa posset intelligere. sicut ferrum ascendere in celū. uel aq̄ calefacere. qȝ predicatū nō repugnat subiecto & aq̄ est capax potētie calefactiue. s. caloris: & ferrū leuitatis. Sic etiā talis natura aīe diceret potens intelligere uel velle. qȝ nō repugnat eam habere principiū intelligendi aut volendi licȝ illud nō habeat. & ideo nec diceret potens nisi remote nō ꝓrime. ex tali aūt posse natura nō dicit intellectus aut voluntas. sȝ solū illud dicit intellectus qđ est ꝓrimū intelligendi ṗncipiū. & voluntas quod est ꝓrimū ṗncipiū volendi. ¶ Ad 10^m dicitur ꝙ esse sup qđ fundat agere nō est esse simpliciter sed eē simquid vbi agere est accñs & non substantia. dicit igit ꝙ operari opera viuentis uel aīati non fundat immediate sup viuere uel super esse rei viue substantiale sȝ sup esse virtuale qđ dat potētia ɔns forma vite. s. aīam. & ideo argumentū supponit falsū. s. ꝙ operari viuentis fundet imediate sup esse substātiale rei viuētis. ¶ Ad 11^m dr̄ ꝙ act^9 potētie vegetatiue ē accñs imo actus cuiuslibet potētie create opatiue ē accñs licȝ aūt terminus formalis generationis qui est act^9 potētie vegetatiue. uel poti^9 actus aīe p talē potentiā vegetatiuā. sit forma substantialis. nō tamē oportet ꝙ dicta potentia sit substantia. quia non oportet proximū ṗncipiū operationis esse eiusdem generis cū termino ꝓducto nec eque perfectū uel pfectius. sicut oportet dictū ṗncipiū esse eiusdē generis cum tali actione. sufficit eni qđ ipsum ṗncipiū qđ agit uel ṗncipiū quo agit esse eque perfectū uel perfectius termino ꝓductiōis. modo potētia vegetatiua nō est generās nec ipsū ṗncipiū generatiōis. sed ꝓrimū. & ideo nō oportet ꝙ sit eque pfectū sicut est terminus ꝓductionis. ¶ Ad cōfirmationē negatur a^a. ut patet per solutionē precedentē. ¶ Ad 12^m dico ꝙ potētie aīe fluūt ab aīa. & aīa est illarū principiū nō mediante alia potentia uel virtute distincta ab essentia anime. & causa est. quia sm ꝙ dicit sanct^9 Thomas pma pte. q. 77. arti. 6° ad 3^m. Emanatio ꝓprioꝝ accidentiū a subiecto non est per aliquā transmutationē. sed p nālē ɔsequētiā sicut ex vno naturalr aliud resultat. ut ex luce color. hec ille. In illis autē vbi pceditur de potentia ad actū p transmutationē oportet actū & potentiā esse eiusdē generis. non autē vbi non est talis ꝓcessus. & ideo non oportet ꝙ si potentia fluat imediate a substantia ꝙ simili ratione operatio que est cū transmutatiōe imediate possit ꝓce

dere a substantia signanter. q2 potentie anime ideo
dicuntur fluere ab anima uel ꝑduci aut causari ab
ea. quia eadem ꝑductio que terminatur ad esse ani-
me primo. terminatur ad esse potentiarum secunda-
rio. proprie siquidem producuntur a producēte ani-
mam potius ꝙ ab anima. sicut quelibet propria pas-
sio producitur a producente subiectum. sed ideo di-
citur passio fluere a subiecto ꝙ illa actio prius natu-
ra terminatur ad subiectū ꝙ ad propriā passionem.
¶ Ad 1m dicitur. ꝙ natura dicit̄ principiū motus ⁊
quietis ꝑmū. sed non ꝑrimū. nec sequitur: accñs est
ꝑncipiū ꝑrimū: ⁊ natura est principiū primū. igit̄ na-
tura est principiū ꝑ illud accñs: q2 licꝫ ꝑncipale agēs
agat ꝑ illud accñs ⁊ per formam substantialē ita ꝙ
accñs sit aliqualiter ratio agendi tali agēti. tñ accñs
non est ratio forme substantiali ꝙ sit principiū q̄. sed
quelibet tam forma substantialis ꝙ accidentalis est
principiū q̄ in suo ordine. nec forma substātialis mē-
dicat ab accidentali ꝙ sit principiū primū actionis.
imo potius accidēs. ideo ē proximū principiū actio-
nis q2 est instrumētū substantie. sic igitur natura licꝫ
non sit proximū principiū actionis uel motus. nō ta-
men sequitur ꝙ sit principiū per accñs. ¶ Ad primū
contra 2am ꝯnem dicitur ꝙ licꝫ idem principiū indi-
stinctum re ⁊ ratione sit pluriū principiū ⁊ diuersorū
actuū uel effectuū ante tale principiū nō recipit spe-
ciem ⁊ rationē ab aliquo taliū actuū uel effectuum.
sed ab aliquo cōmuni. in quo illa ꝑticularia coicant:
seu illi particulares effectus ⁊ actiones. tamen impos-
sibile est ꝙ aliqđ principiū oio indistinctum extendat
se ad plures actiones diuersarū rationū ⁊ ex oppo-
sito distinctarum a quarū vna recipit speciem ⁊ ra-
tionem. sicut potentia calefactiua quia sumit speciē
ab actione que est calefactio inꝯtrū hꝫ non pōt eadē
potentia oio indistincta manens esse principiū infri-
gidationis. Sic autem est in proposito. quia volūtas
recipit speciem ab actu volendi que distinguitur ex
opposito contra actum intelligendi in genere operū
vite nō solum specie. imo sm genus. principia enim
operū vitaliū cuiusmodi sunt intellectus ⁊ volūtas
sumūt speciem a talibꝰ actibus ⁊ ꝯiter distinguūtur
ratione. distinguūtur etiam realiter. q2 distincta ge-
nere distinguūtur numero. sic autem est de hꝫ prin-
cipijs in creaturis sm Arl. 2o de anima numerāte. 5
genera potentiarū anime ut prius dicebatur. Nec
valet si dicat̄ ꝙ idem est principiū omniū operū vi-
te ⁊ illud non recipit speciem ab aliqua specie operū
vite. sed ab h̄ cōmuni opus vite. Illud inquā nō va-
let. quia hoc dato non apparet quō saluantur dicta
phoꝝ distinguētiū inter itellectū possibilem ⁊ agen-
tem: inter sensum ⁊ intellectū. dicentiū etiam ꝙ vo-
luntas mouet intellectum. ⁊ ꝙ voluntas est rationa-
lis per participationē. non apparet etiam qn oē intel-
ligere esset velle. ⁊ econtra. ¶ Ad 2m negat̄ añs. nec
enim illa est mens phi nec cōmentatoris. cū quilibet
eorū expresse dicat intellectū ⁊ desideriū esse duas
virtutes. verba enim cōmentatoris 3o de anima cō-
mento. 48o super illo verbo Arl. ibidem. hec igitur
duo. s. desideriū ⁊ intellectus sunt mouentia de loco
ad locum. Hec inquit igitur dominatur in isto motu
⁊ appropriatur ei. non tamen cognitio cū multotiēs
moueamur a desiderio ⁊ intellectus iudicat nos de-
bere moueri. nec etiā qđ dominatur in illo motu est
desideriū qđ multi homines desiderant. sed nō cōse-
quūtur desideriū sed intellectum. ⁊ cum declarauit
Ar. ꝙ motus localis impossibilis est attribui alteri
istarum virtutū. singulariter apparet ꝙ vtraqꝫ illa-
rum habet introitum in mouendo. motus eñi non fit
sine desiderio: neqꝫ sine intellectu aut imaginatione.
apparet igitur ꝙ agens motum est duo. s. intellectꝰ ⁊
desideriū. aut imaginatio que similis est intellectui.
hec ille. Ex quo patet quomodo ~~posset~~ eē duas vir- posse
tutes. presertim cum dicit in fine ꝙ aliquādo moue-
tur aīal a desiderio ⁊ imagine ⁊ nō intellectu. Istud
eñi demonstrauit desideriū ab intellectu realiter di-
stingui ex quo quādoqꝫ desideriū mouet intellectu
non mouente sꝫ imaginatiōe vicē eiꝰ supplente. Illa
autem verba cōmentatoris que arguens recitat de
cōmento. 49. male sunt intellecta. cum eñi dicit cō-
mentator ꝙ virtus rationalis est desideratiua. ⁊ hꝫ.
non intendit ꝙ eadem potentia in numero sit intel-
lectus ⁊ appetitus uel desideriū cum in illo cōmēto
⁊ precedenti ⁊ multis alijs dicat ꝙ sunt due virtu-
tes. sed loquit̄ de intellectu eo modo quo nos loqui-
mur de mēte. nec hoc nec illud eñi dicit aliquā po-
tentiā particularē. sed dicit quoddā totū potentia-
le cōprehendens oēs potentias intellectiue partis.
siue sint apprehensiue siue appetitiue. illo modo aūt
capiēdo intellectū. dicit cōmētator ꝙ ille desiderat
⁊ intelligit sicut posset dici de mente. Ad illud dictū
phi 6o ethicoꝝ cū dicit phus ꝙ electio est appetitus
intellectiuus. ⁊c̄. dicitur ꝙ phs non intendit per hoc
ꝙ dicit. electio est appetitus intellectiuus nisi ꝙ ele-
ctio ē actus appetitus tendentis in aliquid sm ordi-
nem rationis uel est actus intellectus moti ab appe-
titu. Unđ sanctus Thomas de veritate. q. 22. arti. 15o
dicit. Electio habet in se aliquid rationis ⁊ aliqđ vo-
luntatis. vtrum autem proprie sit actus voluntatis
uel rationis. phus videtur relinquere sub dubio. 6o.
ethicorū. vbi dicit. Q2 electio uel ē appetitus intelle-
ctiuus. i. appetitus i ordine ad intellectū. uel intelle-
ctus appetitiui. i. intellectus in ordine ad appetitum
ꝑrimū autem est veriꝰ. s. ꝙ sit actus voluntatis i or-
dine ad rationem. hec ille. Ex quo patet quōmō in-
telligatur verbum illud phi. ad aliud dictum eius
3o de anima parte. 49. vbi ait. Si enim duo. s. intel-
lectus ⁊ appetitus mouent. ⁊c̄. dicendum ꝙ Arl. in-
tendit ꝙ intellectus ⁊ appetitus sm aliquā cōmunē
speciem mouent hoc est intellectus ⁊ appetitus sm
ꝙ sunt respectu eiusdem obiecti mouent aīal de lo-
co ad locum. inꝯtrum. s. idem quod est dictatum per
intellectum est affectatū per volūtatem. dicit enim
ꝙ hec duo mouentia non mouent nisi sm ꝙ reducū-
tur ad vnum mouens. s. ad obiectū appetibile quod

mouet intellectũ ⁊ appetitũ. ⁊ ĩ eius virtute ista duo mouent animal. non autem intendit Ar. ꝙ intellectus ⁊ appetitus sint vnius speciei uel vna res in numero. imo Ar. 9° metaphisice pte. 5. dicit voluntatẽ esse aliud principium ab intellectu. vñ ostendens qd determinat potentiam rationalem ad alterum contrariorũ cum illa sit indifferẽter ad opposita dicit ꝙ aliquid ẽ verus dominus. s. appetitus uel volũtas. ait eñi sic. Potentie vero que nõ habẽt rationẽ qñqꝫ appropinquãtur ꝓm ꝙ est possibile de actiuo ⁊ passiuo. necesse est ut quedam agant ⁊ quedam patiant. alia vo non est necesse. s. potentias rationales. vnaqueqꝫ enim illarum. s. que nõ habent rationem agit alterum tñ contrariorũ. que autem sunt cum ratione agunt cõtraria. agunt ergo contraria insimul qđ est impossibile. ergo necesse est ut dominus verus sit aliud. ⁊ dico quoniam hic est appetitus aut volũtas hec sunt verba Ari. nulla expositione addita preter expositionem cõmentatoris. vñ cõmentator ibidem ait. Cum illa que possunt aliquã actionẽ fuerint rationabilia potentie eorum agentes erunt coniuncte cum ratione. ⁊ intendit Ari. ꝙ ratio est primus motor in eis. ⁊ post subdit. Potentie vo que sunt sine ratione quando agens appropinquat acto ⁊ nõ est illic aliquod impediens extrinsecũ necesse ut agẽs agat ⁊ patiens patiatur. Alie vo potentie que sunt cũ ratione non est necesse quando appropinquant suas actiones ut agant. quoniã potentie que sunt cũ ratione agunt contraria: Scia enim est contrariorũ. ⁊ si agit duo contraria per se primo. continget ex hoc ꝙ agat duo contraria insimul quod est impossibile. ergo necesse est ut in istis sit principiũ prius potẽtijs mouentibus que sit causa in hoc ꝙ agunt alterũ cõtrariorũ quandoqꝫ ⁊ quandoqꝫ alterũ. ⁊ vniuersaliter necesse est ut aliquid sit quod faciat magis agere alterum contrariorũ ꝙ̃ alterum. ⁊ hoc est verum principiũ. ⁊ hoc quod facit magis agere alterũ contrariorũ est appetitus ⁊ voluntas que est ab intellectu. hec ille. Ex quo patet quomodo cõmentator numerat rationem inter potentias rationales ⁊ cũ hic dicit voluntatem esse aliud principiũ ⁊ prius potentijs rationalibus ⁊ rñter distingui. presertim aũt mirandum est quomodo iste tantã falsitatem impudenter conatur cõmentatori imponere. cum cõmẽtator expsse ponat. qnqꝫ virtutes anime distinctas ab inuicem ⁊ ab anima sicut accidens a subiecto. quod patet. Nam primo de anima cõmento. 87. dicit sic. Anima habet qnqꝫ actiones aut passiones diuersas genere. quarum vna est scire ⁊ estimare. secunda sentire. tertia desiderare ⁊ velle. quarta moueri in loco. quinta augeri ⁊ minui ⁊ nutriri. ideo queritur vtrũ quelibet istarum actionũ diuersarum in genere sint totius anime. ita ꝙ per eandem naturam intelligit ⁊ sentit. ⁊ mouetur in loco ⁊ desiderat ⁊ nutritur ⁊ vniuersaliter agit ⁊ patitur vnoquoqꝫ eorum nisi ꝑ virtutes diuersas ⁊ membra diuersa. ⁊ membra ei⁹ conuenientia cõmunia. hec igitur opinio Ari. Nõ igitur opinamur ꝙ faciat diuersas actiones ⁊ vnica membra tñ: neqꝫ per vnicas virtutes ⁊ diuersa membra. s. cum hoc qđ agit cum membris cõuenientib⁹ quoniam si sic nõ intelligeretur. esset idem cum sermone platonis. hec ille. Ex quo habetur ꝙ virtutes anime sunt diuerse ad inuicem. Item cõmento. 90. sic dicit. Debet dubitare homo de partibus anime cum fuerit opinatus habere eam partes ꝓm hunc modum. s. ut sit dissimilis vno mõ. ⁊ vnita alio modo. Et subdit. Et debes scire ꝙ ista duo nõ sequitur nisi h. quia nõ determinatur vtrum sit vna ꝓm subiectum: ⁊ plura ꝓm virtutes. ita ꝙ diuisio anime in suas partes sit sicut pomi in odorem colorem ⁊ saporem. Aut est vna propter vnam materiã cõmunẽ. ⁊ plura quia ista natura habet duas virtutes. ita ꝙ diuisio anime ĩ suas partes sit sicut diuisio generis ĩ suas species. quoniã ꝓm hunc modũ contingũt duo predicta. cum eñi posuerimus eam vnicam ꝓm subiectum tñ nõ continget h. subiectũ eñi partiũ ei⁹ erit vnum tñ. ⁊ quedã eorum erunt subiectũ quorundam. hec ille. Et cõmento. 91. dicit. Necesse est ut anima sit in toto aiali vna substãtia ⁊ plura ꝓm virtutes. ita ꝙ quedam partiũ sit subiectum quorũdam. s. ꝙ nutritiua sit subiectum sensibilis ⁊ tangibilis sit subiectum aliorũ sensuum. ⁊ similiter quedam quorũdam ut post declarabitur. hec ille. Ex quibus patet ꝙ virtutes seu potẽtie qs vocat partes anime sunt ab inuicem realiter distincte. diuisio enim anime in suas partes est uel sicut diuisio subiecti in accidentia. sicut exemplificauit de diuisione pomi in odorẽ colorem ⁊ saporem. aut sicut diuisio generis in suas species. sicut ex dictis in commento. 90. in vtraqꝫ autem istarum diuisionum diuidentia realiter ab inuicem distinguũtur. sc3 tam diuersa accidentia vnius subiecti. ꝙ̃ diuerse species vnius generis. S3 ut per verba finalia eiusdem cõmenti apparet. ⁊ ex cõmento. 91. mens sua est ꝙ anima non se habet ad suas virtutes ut genus ad species: loquendo de anima vni⁹ animati solum. sed potius sicut subiectum ad multa accidentia. In vtroqꝫ etiam cõmento dicit vnam virtutẽ esse subiectũ alterius. qđ nullo modo posset esse nisi essent realr̃ distincte. Et sic patet ꝙ cõmentator est pro nostra opinione. ¶ Ad 5ᵘᵐ argumentũ qđ est Ade. negatur a⁹. Ad primã probationẽ dicitur ꝙ deus posset fruitionẽ voluntatis conseruare sine actu intellect⁹ presente. non tamen posset facere ꝙ voluntas vellet ⁊ intellectus nec tunc nec prius intellexisset. q3 de ratione actus voluntatis est ꝙ feratur in bonum intellectum. nõ ergo sequitur: actus voluntatis ⁊ nulla cognitio intellectus est. ergo amatur incognitum sed sequitur solũ ꝙ amatur aliquid qđ pro tũc nõ cognoscitur sed prius cognoscebatur. potest etiam dici ꝙ lic3 actus intellectus ⁊ voluntatis sint realr̃ distincti. tamen vnus includitur in ratione alterius. ⁊ ideo nõ possunt separari ꝓm rem. Volitio eñi est appetitus boni intellecti. cum ergo desinit esse intellectio desinit tale bonum intelligi: ac per hoc a vo

luntate appeti. ¶ Ad secundam probationem dicitur ꝙ voluntas non est ceca nec videns. quia nō ē apta videre. sufficit enim ꝙ idē sit subiectum quod videt et quod vult. s. anima cui principaliter attribuitur intelligere et velle. et non alicui potentie. si enim voluntas esset quasi suppositum volens. bene esset inconueniēs ꝙ nihil intelligeret. sicut si visus eet vna anima. inconueniens esset illam nō habere gustum. et si oculus esset animal inconueniens esset ꝙ non haberet os. sed quia sunt instrumēta animalis et nō aialia non oportet eandē virtutem videre et gustare et olfacere. ita in proposito. ¶ Ad 3^am probationem negatur ꝯña. quia supponit duo falsa. Primū ꝙ fruitio sit essentialiṫ beatitudo. 2^m ꝙ illa remanēs fruitio seu in eē fruitionis aut delectatiōis uel dilectionis posset separari ab oī cognitiōe. qđ forte falsū ē. ¶ Ad 4^am dicitur ꝙ hoc implicat impossibile et ideo infert qđlibet. cum enim dicitur posito solo actu amandi quocūqȝ alio circūscripto implicatur contradictio. scȝ ꝙ actus amandi et omnis circūscribiṫ. et ideo ex illo impossibili bene sequitur ꝙ obiectū placeat imo ꝙ homo sit asinus. ¶ Ad 5^am dicitur sicut ad primam et 3^am. ¶ Ad 6^am dicitur ꝙ ꝯña nulla est: voluntas potest in oppositum cuiuslibet dictaminis. ergo potest ferri ī incognitū. potest enim in oppositū cuiuslibet dictaminis in sensu diuiso. hoc ē. nō est aliquod dictamen circa ea que sunt ad finem quin voluntas possit ī oppositum. non tamē est possibile ꝙ velit in oppositum cuiuslibet dictaminis. hoc ē. ꝙ habeat velle nulli dictamini conforme. et iste est sensus compositus. in primo sensu negatur ꝯña. et conceditur aīs. ¶ Ad 7^am negatur hoc. non enim actus volendi aut vegetandi ē experientia sui obiecti. et tamen actus potentie vegetatiue est vitalis. negatur ergo ꝯña: iste actus non est experientia. ergo non plus est vitalis q̄ȝ habitus uel species. fallitur enim arguens nomine actus vitalis. actus enim ille dicitur vitalis qui est actus viuentis inq̄ꝫtum hm̄oi. viuens autem dicitur quod a se mouetur. Unde sanctus Thomas prima pte. q. 18. arti. p°. Uiuentia dicuntur quecūqȝ se agunt ad motū uel operationem aliquā. ea vero in quorum natura non est ut se agant ad aliquē motū uel operationem: viuentia dici nō possunt nisi per aliquā similitudinem. et ideo s͠m ꝙ ipse ponit arti. 2°. eiusdem questionis ad 2^m argumentum. opera vite dicuntur quorum principia sunt in operantibus ut seipsos inducant in tales operationes. Nec valet si fiat instantia de motu naturali ipsi⁹ grauis que est a principio intrinseco scȝ grauitate. nec tamen ille motus dicitur actus vitalis. nam s͠m ꝙ ponit sanctus Thomas de veritate. q. 24. arti. p°. Eorum quorum principium motus in ipsis est: quedam talia sunt ꝙ ipsa seipsa mouent sicut animalia. quedam autem que nō mouēt seipsa q̄uis in seipsis aliquod principium motus habeant sicut grauia et leuia. non enim ipsa seipsa mouēt cum non possint distingui in duas partes quarum vna sit mouēs et alia mota: sicut ī animatis inueniṫ. Q̄uis motus eorum sequatur aliquod principium in ipsis: scȝ formam quā quia a generante habent dicuntur a generante moueri. s͠m phm̄ 8°. phisycorum. sed a remouente prohibens per accidens. et ideo talia mouentur seipsis. sed non a seipsis. quia non sūt sibiipsis causa agendi uel mouendi. sed per illud quod ab altero receperunt diriguntur ad agendū uel mouendum. hec ille. Et 5°. metaphisice. ca°. de potentia dicit sic. Natura s͠m ꝙ est ṗncipiū motus in eo in quo est non comprehenditur sub potentia actiua sed magis sub passiua. grauitas enim non est principium ut moueat. sed magis ut moueatur. hec ille. Ex quo patet ꝙ motus naturalis grauis non dicitur actus vitalis nec opus vite. quia licȝ principiū illius mot⁹ sit in graui. non tamen sic ut se inducat ad talem motū: sed potius ut moueatur a generāte uel remouente prohibens. Patet igitur ꝙ ad hoc ꝙ actus dicaṫ vitalis non requiritur ꝙ ipsa sit cognitio uel experientia. ¶ Ad 8^am dicitur ꝙ quicquid sit de minore a^{ce} est falsa. quia tam assensus q̄ȝ apprehensio pertinēt ad intellectum. nō sic cognitio aut volitio. sed ad diuersas potentias. ¶ Ad 9^am negatur hoc. et ad probationem dicitur ꝙ beatitudo essentialiter est cognitio et non fruitio. et si per impossibile aliqs videret deum et velle nullum haberet. ipse esset btūs licȝ nō perfecte quo ad illa que extrinsece beatitudinē perficiūt et decorāt. ¶ Ad x^am dicitur ꝙ omnes locutiōes sūt intelligende per cōcomitantiā et nō ꝙ sit predicatio per essentiam ut sit sensus. amor est noticia. i. non est sine noticia. uel ꝙ in talibus locutionibus abstracta ponantur pro concretis ut sit sensus. amor ē noticia id est amās ē cognoscēs. ¶ Ad xj^am per idē. Ex quibus patet ꝙ hoc superius negata adhuc nō sufficienter probatur. ¶ Ad 4^m principale dicitur ꝙ intellectus et voluntas distinguūtur realiter. Et cum queritur. an hoc sit. etc. Dico ꝙ hoc est propter diuersitatem obiectorum intellectus et voluntatis non materialibus sed formalibus que primo et per se respiciūt scȝ bonum et verū et ens ut fuit dictum in probatione secunde conclusionis. Si etiam dicatur ꝙ dicte potentie distinguantur propter diuersitatem actuū nō oportet ꝙ tot sint potentie in anima q̄t sunt act⁹ specie distincti in ea. non enī quecūqȝ actuū diuersitas dicit potentiam. sed solum diuersitas actus que non potest reduci ad vnitatē generis uel speciei sub hoc cōmuni opus vite. sic autem est de actu qui est cognitio et de actu qui est appetitio uel volitio. quia isti continentur sub diuersis generibus operum vite ut supra deductū est. ¶ Ad 5^m respōdet sanct⁹ Thomas ī de veritate. q. 10. arti. p°. ad 5^m. dicēs. ꝙ illa tria dicuntur vna essentia inq̄ꝫtum ab vna essentia procedunt. vna vita inq̄ꝫtum ad vnum genus vite pertinent. vna mens inq̄ꝫtum sub vna mēte cōprehenduntur. sicut partes sub toto: sicut visus et auditus cōprehenduntur sub parte anime sensitiua. hec ille.

¶ Ad 6^m dicitur ꝙ similitudo parũ valet. non enĩ oẽ
oĩa illa que sunt idẽ in deo esse idẽ in creaturis. alias
non oporteret distinguere sapientiam iusticiam co-
gnitionem ⁊ essentiam in creatis sicut nec in deo. nõ
enim creature attingunt ad diuinam simplicitatem
que tanta est ꝙ illud quod habet est illud quod ha-
betur loquendo de absolute dictis. ideo de⁹ qui ha-
bet sapientiam est sapientia quã habet. non sic in re-
bus creatis. ¶ Ad 7^m dicitur ꝙ non oportet omne
imateriale esse intellectiuũ tanq̃ potens intelligere
sed bene cõceditur ꝙ imaterialitas est causa uel cir-
cũloquitur causã ꝙ aliquid sit intellectuale. Aliqd
autem potest dici intellectuale multipliciter. primo
quia est natum intelligere sicut substantia imateria-
lis. 2° modo. quia est principiũ uel potentia ad intel-
ligendum sicut intellectus. 3° quia est ipsum intelli-
gere ut opus intelligendi. 4° quia necessario preuiũ
ad talem actum sicut species uel habitus uel est in-
telligibile in actu. 5° quia est consecutiuũ ad virtutẽ
intellectiuam. ⁊ isto modo voluntas dicitur esse qd
intellectuale nõ tamẽ qd intellectiuũ. Et si queraẽ
quid plus requiritur ad hoc ꝙ aliquid sit itellectiuũ
vltra imaterialitatẽ. diciẽ ꝙ virtus intellectiua nõ
solum dicit virtutem imaterialem. sed dicit virtutẽ
que sit imaterialiter forme non solum sue sed alteri⁹
conceptiua uel receptiua loquẽdo in creaturis. hãc
enim causam assignat sanctus Thomas prima pte
q. 14. arti. p°. ⁊ quia voluntas licꝫ sit imaterialis. non
tamen est susceptiua uel conceptiua speciei obiecti
ideo non est intellectiua. Intellectus enim se habet
ut femina. volitas vero ut vehiculũ portãs cog^tem
Et si dicatur ꝙ sanctus Thomas ibidem ponit ꝙ
ex imaterialitate nature prouenit ꝙ natura sit sus-
ceptiua formarum aliarum a se. dicitur ꝙ loquitur
de natura subsistente. ex hoc enim ꝙ aliqua natura
naturaliter subsistit imaterialiter habet virtutẽ sus-
cipiẽdi speciem obiectorum aliorum a se. modo nec
voluntas nec intellectus creatus subsistunt. ⁊ ideo
nõ intẽdit ꝙ itellect⁹ ex hoc habeat ꝙ sit imaterialiẽ
susceptiu⁹ qꝛ est imaterialis. sꝫ hoc dicit de substãtia
intellectuali. intellect⁹ enĩ ꝓprie nõ suscipit. sed sub-
stantia per intellectum spẽm obiecti. Et si queratur
cur plus suscipit per hanc qualitatem quã dicim⁹ in-
tellectum. q̃ per illã quã dicimus voluntatem. dici-
tur ꝙ non est alia causa nisi quia hec qualitas est ta-
lis ⁊ alia non. sicut si queratur. vnde est ꝙ hec forma
sit anima. ⁊ nõ illa. uel cur isti nature conueniat talis
diffinitio ⁊ non alteri nature. non enim est diffinitio
demonstrabilis de diffinito. nec differentia essentia-
lis de sua specie a priori. sed est imediata illi. nec hic
habet locũ questio ꝓpter quid. ¶ Ad 8^m diciẽ ꝙ ap-
petere ẽ act⁹ perfectior in cognoscibilib⁹ q̃ in pure
naturalibus. plura enim requirũtur ad principiãdũ
actum perfectiorem q̃ minus perfectũ. vñ ⁊ si i na-
turalib⁹ sola naturalis forma sufficiat. in cognoscibi-
libus tamẽ oportet dare specialem potentiã appe-
titiuam. nec ẽ simile de appetitu materie. quia cum
sit potentia pura nihil potest in ea esse distinctũ nec
appetitus nec appetere. De graui autem dicendum
est ꝙ ipsa grauitas que est appetitus distinguitur re
a forma substantiali grauis quã sequitur in essendo
⁊ ab intelligentia dirigente quã sequitur in tendẽdo
ad centrum. quia natura agit propter finem ⁊ opus
nature est opus intelligibile. sed a forma differt essen-
tialiter non subiecto. ab intelligẽtia autẽ differt etiã
supposito. similiter appetit⁹ animalis differt re a for-
ma animalis ⁊ a potẽtia cognitiua quã ꝯsequiẽ. Ista
solutio in forma est Petri de palude. q̃ ꝓbabilis est
⁊ vera nisi forte intelligat appetere in naturalibus
non cognoscibilibus esse actum elicitum. hoc enĩ fal-
sum est. Potest etiam dici ꝙ non est simile de appe-
titu naturali ⁊ de appetitu animali uel rationali. qꝛ
ſm ꝙ ponit sanctus Thomas de veritate. q. 22. arti.
5. ad 3^m. Quis bonũ inquit appetatur tam per appe-
titum naturalem q̃ per appetitũ animalem. tñ per
naturalem appetitum non appetit aliquid ex se bo-
num. sicut per appetitũ animalẽ. ⁊ ideo ad appeten-
dum bonum appetitu animali exigitur potẽtia que
non requiritur ad appetendũ per appetitum natu-
ralem. ⁊ preterea bonum quod intendit appetit⁹ est
determinatum ad vniforme. non autẽ est ita de bo-
no quod appetitur per appetitum animalẽ. ⁊ potest
simile induci de virtute motiua. sicut enim anima-
lia mouentur ex se: ita ⁊ appetunt ex se. et propter
hoc sicut vis motiua est specialis potentia in anima.
ita ⁊ vis appetitiua. hec ille. Scdm enim ꝙ idem po-
nit ibidem in responsione principali. cũ potentie ani-
me ordinentur ad opera que sunt propria animato-
rum. ſm hoc aliqua operatio habet ꝙ ad eã specia-
lis potẽtia anime deputeẽ. quia ipsa est propria ope-
ratio animati. ⁊ quia licꝫ mouere ⁊ appetere sit cõ-
mune animatis ⁊ inanimatis ſm vnum modũ. tamẽ
qõlibet eorum ſm alium modũ est propriũ animato-
rum que mouentur ex se ⁊ appetũt ex se. ideo appe-
titus animalis uel rationalis est potentia distincta a
forma substantiali animalis. ⁊ similiter potentia mo-
tiua licꝫ nõ sit appetitus naturalis. ¶ Ad 9^m dicitur
ꝙ perfectio simpliciter potest duobus modis accipi
vno modo accipiendo simpliciter pro vniuersaliter
ut dicatur perfectio simpliciter que includit omnẽ
perfectionem. ⁊ excludit omnẽ imperfectionẽ. ⁊ ista
est in solo deo. vñ habens istam est simpliciter perfe-
ctius omni non habente. ⁊ carens illa est simpliciter
imperfectus. ⁊ talem perfectionem simpliciter non
dicunt intelligere ⁊ velle creatum. Alio modo dici-
tur perfectio simpliciter que perfectionem includit
sed non excludit imperfectionem nec includit. sicut
sunt velle ⁊ intelligere si simpliciter accipiantur. ꝓ-
pter quod indifferenter sunt in deo quia iperfectio-
nem non includunt. ⁊ in creatura quia imperfectio-

nem non excludunt. et habere talem perfectionē ut sic melius est q̄ carere. si autem vnum habeat vnā et aliud aliam tunc habens meliorem simpliciter perfectius est carente ea. habens vero minus bonam est perfectius fm quid carente illa. et nihilominus est imperfectius simpliciter. sicut ille de intellectu et voluntate. vñ quia intelligere est nobilius q̄ velle intellectus est nobilior q̄ voluntas. vñ melius est habere volitionem q̄ nō habere. vbi autem haberetur intellectus sine voluntate esset nobilius. vñ intellectus est simpliciter nobilior voluntate licz careat nobilitate quā illa habet et que est perfectio simpliciter quia habet aliam meliorem. hec etiā est solutio dicti doctoris Petri de palude. ¶ Ad 10m dicitur ꝙ aor ē simpliciter falsa. vñ sanct9 Thomas de veritate. q. 22. arti. 10. ad pmū. vbi soluit istud argumentū i suo simili. vñ argumentum qđ ibidem facit tale est. Potentie diuersificantur fm obiecta. obiectum autem intellectus ē verum: voluntatis vero bonum. cum ergo verum et bonum sint idem supposito et differāt ratione. videtur ꝙ intellectus et voluntas sint idem re sed differant ratione. ecce argumentum suū. Et soluit dicendū inquit ꝙ distinctio potentiarum non ostenditur ex obiectis scđm rem consideratis: sed fm rationem. quia ipse rationes obiectorum specificant ipsas operationes potentiarū. et ideo vbi est diuersa ratio obiecti ibi inuenimus diuersam potentiam. q̄uis sit eadem res que subest vtriq3 rationi. sicut est de bono et vero. et hoc etiam patet in reb9 materialibus. nam aer patitur ab igne inq̄tum est calidus fm ꝙ est in potentia aer calidus. inq̄tum vero ignis est lucidus patitur ab eo fm ꝙ ipse est diaphonus. nec ē eadē potētia in aere fm quā dicit diaphonus et fm quā dicitur potētia calidus q̄uis sit idem ignis qui in vtrāq3 potentiam agit. hec sanct9 Thomas. ¶ Ad 11m dicit Petrus de palude. Si eni aor intelligatur de potētia libera per essentiam sic ꝙ in ipsa eēntia sua includit totum liberum arbitriū. vera est. talis enim potentia est rationalis per essentiā et volitiua. quia liberū arbitrium est facultas rationis et voluntatis includens illa duo. sed in hoc sensu negatur bor. s. ꝙ isto modo voluntas sit libera p eēntiam. Si autem aor intelligatur de potentia sic libera per essentiam ꝙ tamen eius essentia non est totū liberum arbitriū. i. totū qđ requirit liberū arbitrium uel totum quod est de ratione liberi arbitrij. sed solum est pars libertatis. tunc aor est falsa. talem enim potentiam non oportet esse rationalem per essentiā sed sufficit ꝙ uel sit rationalis uel imediate illi coniuncta. et ad hunc sensum bor est vera. quia voluntas illo modo est libera per essentiam. Ista responsio bona est. quia ibi videtur sentire ꝙ liberū arbitriū continet intellectum et voluntatem quasi partes et ꝙ liberum arbitrium nec est solum ratio nec solum intellectus sed vtrūq3. hoc autem falsum est et cōtra opinionē sancti Thome. ut patet expresse de veritate q. 24. vbi arti. 5o ondit ꝙ liberum arbitriū non continet sub se multas potentias. neq3 per modū totius vniuersalis. neq3 p modū totius integralis. et arti. 6o ostendit liberum arbitrium non esse aliam potentiā a voluntate. Hoc idem ponit pma pte. q. 83. arti. 4o et 2o sen. dis. 24. q. 1. arti. 2o et 3o in solutione ad 4m. Dicit ergo ꝙ aor ē simpliciter falsa. nec eius probatio valet. vñ ad primā probationem maioris. que ibi inuit cum. s. dicitur ꝙ ratio ē de essentia libertatis: sed non pars. Vñ sanctus Thomas prima 2e. q. 17. arti. p. ad 2m sic ait. Radix libertatis ē voluntas sicut subiectum. s3 sicut causa ē ratio ex hoc ꝙ voluntas potest libere ad diuersa ferri. quia rō potest habere diuersas cōceptiones boni. et ideo phi diffiniunt liberum arbitrium: ꝙ est liberum de ratione iudiciū. quasi ratio sit causa libertatis. hec ille. Et de veritate vbi supra dicit. liberum arbitrium est potētia qua homo potest libere iudicare. qđ autem dicit esse principium actus alicu9 fiendi. nō oportet ꝙ sit principium illius actus simpliciter. sed principaliter sigtur esse principiū illius modi. sicut grāmatica per hoc ꝙ dicitur esse scientia recte loquendi. non dicitur ꝙ sit principium locutionis simpliciter. q2 etiam sine grāmatica potest homo loqui. s3 ꝙ sit principiū rectitudinis in locutione. ita et potētia qua libere iudicamus non intelligitur qua iudicamus simpliciter ꝙ est rationis. sed que facit libertatem in iudicando qđ est voluntatis. vñ arbitrium liberum est ipsa voluntas non absolute: sed in ordine ad aliquē actum ei9 qui est eligere. Et ad primū dicit. liberū arbitriū nominat voluntatem non absolute. sed in ordine ad rationem. et inde est ꝙ ad signdum voluntas et ratio in diffinitione liberi arbitrij oblique ponunt. hec ille. Ex quo patet ad illam primam probationē. dicitur enim ꝙ ratio sic ptinet ad libertatē. s. sicut pma origo liberi arbitrij. ut etiā ponit sanctus Thomas ibidem ad 4m. non tamē sicut aliquid de essentia liberi arbitrij qđ nō est aliud q̄ potentia electiua. s. voluntas ut electiua. 2a etiam probatio que ibidē inuitur ad probandum maiorem per illam regulā: sic simpliciter ad simpliciter. etc. non valet. talis enim modus arguēdi fallit vbi est alia habitudo inter maximum vnius ordinis et maximū alterius ordinis q̄ sit inter minimū alterius uel q̄ medij ad mediū. nō sequitur: Minimū accidens est minimū ens: et maius accidens uel perfectius accidens est perfectius ens ergo perfectissimū accidens est perfectissimū ens. Et causa est quia sigta tota latitudine entiū ab vna parte. et tota latitudine accidentiū ab alia parte. clarum est ꝙ aliter se habet extremū ad extremū q̄ minimū ad minimū. sic in proposito signetur tota latitudo rationalitatis et tota latitudo libertatis extremū vnius latitudinis est sūma libertas. extremū alterius sūma rationalitas uel rationale per essentiā

τ liberum per essentiam. modo licȝ rōnale sit liberū
τ magis rationale magis liberū. non sequit̄ ꝙ essen-
tia libertatis sit essentia rationalitatis. quia prius cō-
parabant̄ concretū ad concretū τ posterius abstra-
ctum ad abstractum. sicut nec sequit̄: calidū ꝑ parti-
cipationem est igneū per participationē. τ magis ca-
lidū magis igneū. ergo igneū per essentiam est cali-
dū per essentiam. uel ergo calor est igne⁹. τ infinita
alia exempla possunt dari in quibus ille modus ar-
guendi non valet. ¶ Ad 12ᵐ dicit Petrus de palude
ꝙ non solum purā potentiā τ relationem non potest
deus ab actu τ a termino opposito separare. sed nec
quodcunqꝫ absolutum a sua proprietate absoluta
uel relatiua quādo sic se habent ꝙ subiectum sc̄dm
esse actu est causa necessaria et totalis sue proprie
passionis. quia contradictio est esse causam in actu τ
non esse effectum. ꝓpter hoc enim non potest deus
separare similitudinē a duobus albis. quia esse cau-
sam ut causa est sine effectu est contradictio. vnde
non potest facere lineam que nō sit recta uel curua:
q̄uis rectitudo τ curuitas differāt re absoluta a li-
nea sicut quedā species qualitatis. quia cōtradictio
est ꝙ linea sit cuius medium non exeat ab extre-
mis: nec corpus finitū sine figura: nec creaturā sine
relatione ad creatorem. quia ipsam dependere ē ei⁹
relatio formaliter. Sic autem ē in proposito. nō qui-
dem de potentia volitiua. sed de actu volendi. quia
de voluntate cum eius esse uel essentiam nō neces-
sario per se consequatur respectus ad intellectum
deus potest vnū facere sine alio nec separabit̄ diffi-
nitio a diffinito. quia voluntas est appetitus rationa-
lis in aptitudine non in actu sicut quātitas est mēsu-
ra substantie quā tamē deus separare pōt. potentia
enī volendi est qua quis vult nisi impediatur. separa-
to autem intellectu impediretur ne posset voluntas
velle. quia eius obiectū est bonum cognitum. vnde
non potest velle quod non est volibile. velle autem
in q̄ntum velle est dicit respectum ad intellectum. vn̄
sicut esse creaturā sine respectu ad creatorem est cō-
tradictio. sic τ hic: magis q̄ visionem sine colore quia
esse visionem non uisi bene implicat contradictionē
dum tamen color haberet esse visiuū. ecce respōsio-
nem dicti doctoris qui iudicio meo nihil dicit incon-
ueniens nisi forte in hoc ꝙ ponit volūtatē posse ex-
istere sine intellectu. quod non videtur verum. quia
licȝ non sit apparēs connexio inter illa duo acciden-
tia si comparentur ad inuicem. tamē propter tertiū
sunt connexa. s. propter proprium subiectum animā
videlicȝ cuius sunt passiones proprie sine qua nullū
eorum esse potest nec ipsa sine quolibet illorū. τ ideo
posita voluntate ponitur anima rationalis. qua po-
sita ponitur intellectus. ¶ Ad 13ᵐ dicit doctor ꝙ aᵒʳ
est vera de delectatione proprie dicta loquendo. sȝ
tunc bᵒʳ est falsa. Prima autē probatio procedit de
delectatione large dicta que est cōnaturalitas τ fa-
cilitas τ ꝓmptitudo. 2ᵃ vero probatio non concludit
sicut propriū est hominis esse risibilem. non ſm illud
tamen ꝙ est homo. i. ſm rationē. sed forte ſm os aut
aliquid tale. Et ad illud quod dicit̄ de habitu dicen-
dum est ꝙ est delectatio large dicta. uel quia sicut
appetitus querit bonum appetentis pro omnibus
potentijs futurum: sic delectatur pro presenti bo-
no omnis potentie. vnde in opere est delectatio. i. ex
opere non in potentia operante sc̄dm se. sed in potē-
tia ei naturaliter coniuncta. ¶ Ad 14ᵐ dicit ꝙ bᵒʳ
est falsa. Et ad primam probationem dicit ꝙ i natu-
ralibus verum est sicut appetitus grauium τ leuiū
differt genere. τ leuitas ignis τ aeris specie. τ graui-
tas aque τ terre. quia sunt per se ad diuersa loca. sȝ
non sic est de sensu. quia non quemlibet sensum se-
quitur appetitus. quia nullum exteriorem nec nul-
lum interiorem nec solum estimatiuam que sola di-
cit aliquid de fugibili τ prosequibili. Ad 2ᵃᵐ ꝓbatio-
nem dicit ꝙ in eodem instanti in quo sensus exteri-
or immutatur potest immutari sensus cōmunis τ esti-
matiua ad iudicandum bonum uel malum. τ statim
in appetitu sequitur delectatio uel tristicia. Ad ter-
tiam dicitur ꝙ appetitus non distat subiecto a sen-
su quē sequitur. sed differt essentia ut supra dictum
est. τ si estimatiua est vna non potest esse eadem cum
irascibili τ concupiscibili que differunt re sicut τ ob-
iecta. quia aliquid est arduum qđ non est delectabi-
le sensu. ut pugnare τ cum vulneribus vincere. hec
ille. ¶ Ad 15ᵐ dicitur ꝙ mens sancti Thome est vbi-
cunqꝫ loquitur de hac materia que in argumento
tangitur ꝙ intellectus est simpliciter τ absolute al-
tior voluntate ſm perfectionem τ nobilitatem sicut
alias in 2ᵃ distinctione fuit allegatum: cum ꝗ ipse
dicit p̊ sen. dis. i. q. i. arti. p̊. ad primū. ꝙ intellectus est
altior ſm originem τ voluntas ſm perfectionem. ¶
Sciendum ꝙ aliquam potentiam esse altiorem ſm
perfectionem potest dupliciter intelligi. Primo mo-
do in se τ absolute. τ sic intellectus est altior τ perfe-
ctior voluntate. 2ᵒ modo quia vna illarum perficit
aliam in suis actibus. τ sic voluntas est perfectior in-
tellectu quia delectatio que pertinet ad volūtatem
perficit operationem intellect⁹ puta contemplatio-
nem veritatis. Et sic patet ꝙ in dictis eius nulla est
contradictio realiter. sed solum apparens. ¶ Ad pri-
mū contra 3ᵃᵐ ꝯnem dicitur quidem ꝙ memoria de
sui ratione non dicit actiuitatem. sed tentionem ob-
iecti in esse intelligibili. τ non conceditur ꝙ dicit per-
fectionem simpliciter. τ est cōmunis tribus personis
Dico tamen ꝙ ad memoriā consequit̄ actiuitas quā
includit intellectus. τ licȝ intellectus sit in filio. non
potest tamen filius producere verbum aut intelle-
ctionem. quia habet relationem oppositam relatio-
ni que consequitur producens verbum terminatam
ad verbum. nulla autem relatio potest ibi gemina-
ri cuius causa latius explicabitur deo duce. ¶ Ad

exeat ut

2m patet per idem. non enim de ratione memorie est actuitas licꝫ eam consequatur vbi est memoria non sub relatione opposita dicenti verbum. ¶ Ad 3m ne-gatur hoc. filius enim habet intellectum cum obiecto sibi presente in esse intelligibili. licꝫ in diuinis non ad-mittatur ratio habitus. ⁊ ideo non vniuoce dicit̄ me-moria in nobis ⁊ in deo. cum in nobis memoria dicat intellectum habituatum noticia obiecti. ¶ Ad 4m di-citur s̄m predicta ꝙ de ratione memorie non est acti-uitas aut fecunditas. Illud autem quod hoc loco ad-ditur de intellectu passiuo nō valet. licꝫ enim in deo non sit intellectus qui patiatur ab obiecto. est tamen ibi intellectus coniūctus obiecto sine passiōe uel trās-mutatiōe. qui quidē intellectus respectu itellectiōis non habet proprie rationem eliciti aut rationē poten-tie aut habitus. sed est purum intelligere subsistens. licꝫ s̄m rationem intelligendi concipiamus ibi intelle-ctum ⁊ intellectionē diuersimode. Intellectū quidē ut illud quo deus formaliter est potēs itelligere. In-tellectionem vō ut illud quo formaliter actualiter in-telligit. ⁊ hoc alias prolixius explicabitur. ¶ Ad p̄mū contra quartam conclusionē respondetur ꝙ Augꝰ per illa verba vult ꝙ amor ⁊ noticia si accipiantur ꝓ po-tentijs non sunt talia accidentia anime qualia sūt co-lor ⁊ figura respectu corporis. nam ille potentie sunt vires naturales anime ⁊ non accidentia coīa uel per accidens sed per se. color autē ⁊ figura accidunt cor-pori per accidens ⁊ sunt sepabilia. nec consequūt̄ spe-ciem corporis. nec sunt illius proprie passiones. sicut potentie anime sunt accidentia per se propria anime si autem loquatur de noticia ⁊ amore s̄m ꝙ sunt actꝰ sic etiam nec sunt talia accidentia qualia color ⁊ figu-ra. quia illi actus semper sunt in anima ut in radice a qua profluit proximum principium illorum actuum. non autem sic est de colore aut figura respectu cor-poris in q̄ntum hꝫ. Cū aūt dicit Augꝰ ꝙ amor est sub-stantia ⁊c. dico ꝙ illa verba ⁊ similia exponuntur eo modo quo magister exponit illa verba Augustini di-centis: ꝙ memoria intelligentia voluntas sunt vna vita ⁊c. quia scꝫ sunt naturales proprietates vnius anime que est vita ⁊c. Potest etiam dici aliter s̄m ꝙ sanctus Thomas dicit p̄ma parte. q. 77. arti. p̄. ad primū. Dicit enim ibidem ꝙ Augꝰ loquitur de mente noticia ⁊ amore s̄m ꝙ anima cognoscit se ⁊ amat se. sic enim noticia ⁊ amor ut ferūtur ad ipsam ut cogni-tam ⁊ amatam substantialiter uel essentialiter sūt in ipsa essentia anime. quia ipsa substantia uel essentia anime cognoscitur ⁊ amatur. hec ille. Et dicit ꝙ eo-dem modo debet intelligi cum dicit Augꝰ ꝙ amor ⁊ noticia sunt vna vita ⁊ vna mens. intendit enim ꝙ il-la tria sunt vna mens vna vita vna anima in q̄ntum habent pro obiecto animam que est vna vita essentia ⁊ anima. vnde sanctus Thomas in questionibus de anima. q. 12. dicit ꝙ fortassis ad hūc sensū dicit Augꝰ ꝙ sunt vna essentia vna vita. quia noticia in actu est quodāmodo ipsum cognitū. ⁊ amor in actu ē quodā-modo ipsum amatum. Dicit etiam ibidē ꝙ similis mo-dus loquendi est cum dicitur ꝙ noticia ⁊ amor sunt vna vita. ac si diceretur ꝙ calidum ⁊ siccum ⁊ leue sunt vnus ignis. per quod intendebat ut videtur ꝙ non aliter ista tria dicuntur vna vita vna essentia: nisi quia oriuntur ab eadem vita ⁊ ab eadem essentia uel quia habent idem obiectum scꝫ animam que est vita essentia. ⁊ est predicatio non per essentiam sed per causam uel totiꝰ potestatiui de suis partibus. to-tum enim potestatiuū est qđ habet multas potentias ⁊ predicatur de qualibet illarum in concreto proprie non autem in abstracto proprie nisi ut sumitur ꝓ con-creto. dicimus enim proprie ꝙ anima est intellectiua volitiua. sed improprie dicitur ꝙ anima sit intellecꝰ aut voluntas nisi abstractum sumatur pro concreto ¶ Ad 2m patet per idē. quia Augustinꝰ dicit illa tria esse mentis substantiam. uel quia sūt naturales pro-prietates substantie anime. iuxta primā viam tactam in argumento precedenti. aut quia accipit ibi abstra-ctum pro concreto. sicut si diceretur ꝙ calor siccitas leuitas sunt vnus ignis iuxta secundam viam. aut quia noticia in actu est ipsum cognitum in actu iuxta tertiam viam. ibi enī loquitur de mēte noticia ⁊ amo-re ut habent aīam pro obiecto. ¶ Ad 3m dico ꝙ Augꝰ dicit illa tria esse partes vnius totius eo modo quo potentie anime dicuntur esse partes. ⁊ in q̄ntum ani-ma est quoddam totum potentiale respectu illarum. dicuntur autem esse vnius potentie modo supra ex-posito. ¶ Ad 4m dico ꝙ Augꝰ loquitur ibidē de ani-ma prout cognoscit ⁊ amat se. ut dicit sanctus Tho-mas. ⁊ ideo dicit Augꝰ ꝙ amor ⁊ noticia sunt anima conspecta et dilecta eo modo loquendi quo cogni-tio dicitur cognitum ⁊ dilectio dilectum: qui modus est satis improprius. ¶ Ad argumentū in pede que-stionis patet responsio per predicta.

Irca distinctionē quartam queritur. Utrū ista sit con-cedenda: deus genuit deum. Et ar-guitur ꝙ non. quia terminus in ter-mino positus non restringitur ꝑ ter-minum positum in predicato ratione significationis sed solum ratiōe temporis consignificati. sed cum dico: deꝰ creat. hoc nomen deus supponit pro essentia. ergo cum dicitur: deus generat deum. non potest iste ter-minus deus ratione predicati notionalis supponere pro persona sed supponet pro essentia. sic autem sup-ponendo ꝫ est falsa. cum essentia nō generet. ergo ⁊c̄. In oppositum arguitur sic. Habēs deitatem genuit habentē deitatē. ergo deus genuit deum. ꝯña tenet ab equipollenti ad equipollēs. aña patet. qꝛ pater ha-bens deitatē genuit filium habētem deitatē. In hac q̄stiōe erūt tres articuli. In p̄mo enī videbit̄ de signo huius nois deus. In 2o de veritate huius: deus non

genuit deū. In 3° de veritate huius: de⁹ genuit deū ¶ Qūtum ad primū sit prima ꝯ ꝙ omne nomen cuiuscunqꝫ sit predicamēti significat substantiam cū qualitate. Hanc ponit sanctus Thomas p̊ sen. dis. 22. q. i. arti. p̊. ad 3ᵐ. Cum inquit dicitur ꝙ nomē significat substantiam cum qualitate. non intelligitur qualitas ⁊ substātia proprie ſm ꝙ accipit logicus predicamēta distinguens. sed grāmaticus accipit substantiam qūtum ad modum significandi. ⁊ similiter qualitatē. ⁊ ideo quia illud quod significatur per nomē significatur ut aliquid subsistens ſm ꝙ de eo potest aliqd predicari q̄uis ſm rem non sit subsistēs. sicut albedo dicitur ꝙ signt substantiam ad differentiam verbi quod non significat aliquid ut subsistēs. ⁊ quia in quolibet nomine est considerare illud a quo nomen imponitur qḋ est quasi principium cognoscendi. ideo qūtum ad hoc habet modum qualitatis ſm ꝙ qualitas uel forma est principiū cognoscendi rem. vn̄ ſm phm 5° metaphisice. forma substantialis dicitur qualitas. nec refert qūtum ad significationem nominis vtꝝ principium innotescēdi sit idem re cum eo quod nomine significatur. ut in abstractis. uel diuersum. ut in hoc nomine homo. hec ille. ¶ 2ᵃ conclusio est. ꝙ nullū nomē de predicamēto accidentis significat substantiā ꝓut eam accipit logicus uel prim⁹ phus. nisi forte ex ꝯnti Hanc ponit sanctus Thomas super 5° metaphisice ca° de ente. vbi sic dicit. Non est inquit verū quod dicit Auicenna ꝙ predicata que sunt in generibus accidentis principaliter significent substātiā ⁊ posterius accidens. sicut hoc ꝙ dico album uel musicum. nam album ut in predicamentis dicitur solam qualitatem significat. consignificat autem hoc nomem album subiectum ex ꝯnti inq̄tum significat albedinē per modum accidētis. vnde oportet ꝙ ex ꝯnti includat in sui ratione subiectum. nam accidentis esse est inesse. albedo enim ⁊ si significat accidēs non tamen per modum accidentis sed per modum substātie. vn̄ nullo modo consignificat substantiam. si autem principaliter significaret subiectum. tunc predicata accidentalia non ponerentur a philosopho sub ente ſm se sed sub ente ſm accidens. nam hoc solum quod est homo album est ens ſm accidens. hec ille. Idem ponit 3° sen. dis. 7. q. i. arti. p̊. ad 5ᵐ. Illud inquit quod est per se suppositum hominis non est pars significationis huius nominis album. album enim solam qualitatem significat. cum omne nomen significet vnū. ex albedine autem ⁊ subiecto non fit vnū simpliciter. vn̄ hoc nomen album copulat suū subiectum quasi extrinsecū. hec ille. Idē ponit de potētia dei. q. 9. arti. 4° vbi sic ait. Cum propria ratio nominis sit quam significat nomē. illud cui attribuitur nomen si sit recte sumptū sub re significata per nomen. sicut determinatū sub indeterminato dicitur supponi per nomē. si autē non sit recte sumptum sub re nominis dicitur copulari p nomen. sicut hoc nomen animal significat substantiā animatam sensibilem. ⁊ albū significat colorem disgregatiuū visus. homo ṽo recte sumitur sub ratione animalis sicut determinatum sub indeterminato. est enī hō substantia aīata sensibilis tali aīa. s. rōnali. sub albo ṽo qḋ ē extra essentiā ei⁹ non directe sumit̄. vn̄ hō supponit̄ noīe aīalis. copulat̄ ṽo noīe albi. hec ille ¶ 3ᵃ ꝯ ꝙ oē nomē supponit ꝓ substantia ⁊ proprie significat qualitatem loquēdo ut grāmatic⁹ loquit̄ de substantia ⁊ qualitate. Hanc ponit sctūs Tho. 3° sen. dis. 6. q. 3. arti. 3°. In quolibet enī noīe ē duo ꝯsiderare. s. illud a quo imponit̄ nomē: qḋ dicit̄ qualitas nominis. ⁊ illud cui imponit̄. qḋ est substātia noīs. nomē aūt ꝓprie loquendo dicit̄ significare formā siue qualitatē a qua imponit̄. dicitur aūt supponere ꝓ eo cui iponit̄. hec ille. Ex quo patet ꝙ nomen licꝫ significet substātiā cū qualitate. ꝓprie tn̄ signt qualitatē hoc est formā a qua nomē imponit̄. supponit ṽo ꝓ substātia hoc est ꝓ re cui imponit̄ tale nomē. illa aūt duo qnqꝫ sunt idem ut patet in abstractis. ⁊ tunc nomen pro eo supponit qḋ significat. qnqꝫ aūt sunt diuersa ut patet in concretis significantib⁹ res materiales. utpote lapis. ⁊ tūc res ꝓ alio supponit q̄ significet. lapis enim signt naturā lapidis. supponit ṽo ꝓ eo quod in tali natura subsistit. ¶ 4ᵃ ꝯ est ꝙ signtū nominis est duplex. s. formale ⁊ mālē. Hāc distinctionem ponit sctūs Tho. de potentia dei vbi s̄. Sciēdū inquit ꝙ aliquid significat̄ dupliciter. vno mō formaliter. alio modo materialiter. Formaliter quidem significatur per nomen illud ad qḋ significandū nomē ē principaliter impositum qḋ est ratio nominis. sicut hoc nomen hō signt aliquid cōpositū ex corpore ⁊ aīa rationali. Materialiter ṽo significat̄ per nomē illud in quo talis ratio saluat̄ sicut hoc nomē homo significat aliquid habens cerebrū ⁊ cor. hec ille in forma. Ex quib⁹ patet ꝙ loquēdo de significato materiali nomē qnqꝫ aliqd signt qḋ non signt de significato formali. ¶ 5ᵃ ꝯ est ꝙ hoc nomē de⁹ ⁊ quodlibet aliud concretū substantiale signt distincte quidditatē uel essentiā. indistincte aūt supposita ili⁹ nature. Hāc ponit sctūs Tho. p̊ sen. dis. 4. q. i. arti. 2° vbi sic dicit. Quidā dixerūt ꝙ hoc nomen deus signt eēntiā ⁊ supponit eēntiā q̄tū est de se: sꝫ ꝓpter indifferētiā eēntie ⁊ ꝑsone in diuinis ex adiūcto notionali trahit̄ ad supponendū ꝓ ꝑsona. Alij dicunt ꝙ hoc nomen de⁹ signt eēntiā ⁊ supponit q̄tū est de se ꝑsonam tn̄ indistincte. vn̄ pōt supponere vnam tn̄ uel plures. vnā ut cum dicit̄: deus generat. plures ut cū dicit̄: deus est trinitas. ⁊ hec opinio verior est: q̄uis enim ut dicitur in libro de causis oē nomen deficiat a significatiōe diuini eē ꝓpter hoc ꝙ nullū nomē simul signt aliquid ꝑfectū ⁊ simplex. quia abstracta non significant ens per se subsistēs. ⁊ cōcreta significāt ens cōpositū nihilomin⁹ tn̄ abijcientes illud quod imperfectiōis ē vtimur vtrisqꝫ noībus in diuinis sed abstractis ꝓpter simplicitatē. concretis ꝓpter ꝑfectionē. vn̄ hoc nomē deus significat ꝑ modū ꝑfecti ⁊ subsistentis ꝑ se sicut hoc nomen homo. vn̄ sicut homo in se importat non tm̄ essentiam sed etiā suppositū indistincte. alias non

predicaretur de indiuiduo. ita ⁊ hoc nomen deus. ⁊
ideo de se habet ꝙ potest supponere pro persona. ⁊
non habet ꝙ supponat pro essentia ex modo signifi/
candi nominis sed tm̄ ratione diuine simplicitatis in
qua idem est re eēntia ⁊ suppositum. hec ille. Ex qui/
bus patet quomodo hoc nomen deus significat tam
essentiam q̄ personas. Nec est contra illa que dicta
sunt in 3° conclusione. ibi enim loquimur de significa
to formali. ⁊ illo modo diceretur ꝙ hoc nomen deus
solum significat essentiam lʒ supponat pro personis
in hac autem conclusiōe loquitur sanctus Thomas
generaliter de significato nominis siue sit formale si/
ue materiale. ⁊ ideo dicit talia nomina significare si/
militer naturam ⁊ suppositum qualitatem ⁊ substan/
tiam iuxta intellectum prime conclusionis. ¶ Sʒ cō/
tra ista arguit Aureolus probando ꝙ concreta nō so
lum significent distincte ⁊ in actu naturam uel formā
que dicitur qualitas. ⁊ p̄mo sic. Quandocunqʒ aliqđ
nomen significat rem aliquam: illa plurificata nomē
dicitur plurificari ⁊ in plurali. ⁊ illa nō plurificata. no
men solum dicitur singulariter. sʒ plurificata forma
dum tamen maneat idem habens non dicitur nomē
plurificari ut patet. quia in vno sciēte possunt eē due
uel tres scientie. ⁊ tamen non dicerentur duo sciētes
sed vn° sciens. ⁊ in aere ꝟm aliquos sunt plura lumi/
na. ⁊ tamen non sunt plura illuminata sed vnus aer
illuminatus. similiter si essent duo homines habētes
eandem numero scientiam. non est dubium ꝙ essent
duo scientes ⁊ tamen vna scientia. ergo sciens nō si/
gnificat scientiam nec aliquod concretum formaret.
¶ 2° arguit sic. Si scientia significaret scientem uel
econtra. hec propositio esset vera: scientia est sciens ⁊
sciens est sua sciētia. quod nullus dicit. ergo patet ꝙ
concretum non significat solam formam principalit̄.
¶ 3° sic. ꝓhus dicit 6° metaphisice ꝙ simū significat
hoc in hoc. Et 7° metaphisice dicit ꝙ nugatio ē dice/
re nasus simus ⁊ ꝙ in simo reperitur nasus. ergo con
cretum significat subiectum. ¶ Ad primū istorum di/
citur ꝙ a^m est vera de nominibus substantiuis. scd̄s
Tho. enī prima parte. q. 39. arti. 3° dicit ꝙ singulari/
tas ⁊ pluralitas nominis substantiui attendit̄ ꝟm for/
mam significatam per nomen. Cuius rationem assi/
gnat quia talia significant per modum substātie. sub/
stantia autē sicut per se habet esse ita per se habet plu
ralitatem ⁊ vnitatem siue multitudinem. accidentia
autem sicut habent esse in subiecto ita ex subiecto re/
cipiunt vnitatem uel multitudinē. ⁊ ideo quia nomi/
na adiectiua significant per modum accidentis inde
est ꝙ in eis attenditur singularitas uel pluralitas ꝟm
supposita. hec ille. Idē ponit p̄ sen. dis. 29. q. i. arti. 4°.
Et 3° sen. dis. i. q. 2. arti. 4° et 5°. Vn̄ arti. 4° in respō/
sione ad 6^m sic ait. Cum termini substantiui significēt
uel consignificentur pluraliter ex vnitate uel plura/
litate forme sig̃te si tres persone vnam naturā assum
psissent dicerentur vnus homo. sicut propter diuinā

naturam dicuntur vnus deus. ⁊ sicut dicitur: sola tri
nitas est vnus solus verus deus ꝟm Aug^m. ita posset
dici: iste solus homo est pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanct°
⁊ tunc iste termin° homo supponeret rem nature hu/
mane siue distincte trium personarum. sicut iste ter/
minus deus suppon̄it in dicta locutione rem nature
diuine indistincte. ⁊ hec est suppositio sua naturalis ⁊
quasi termini cōmunis respectu trium personaꝝ. sup
positio autem qua supponit pro patre uel filio est ac/
cidentalis ⁊ quasi termini discreti. hec ille in forma.
Arti. eo 5° ad 2^m dicit ꝙ si filius assumeret duas na/
turas ꝟm vnam quarum diceretur petrus ⁊ ꝟm aliā
iohannes. tunc petrus ⁊ iohannes nō essent duo sup/
posita sed vnum. ⁊ hec esset vera: iohannes est petr°
⁊ iohannes. ⁊ cum petrus ⁊ iohannes non essent vn°
homo sed duo homines: singularitas ⁊ pluritas ter/
mini substantiui attenditur ꝟm vnitatem ⁊ pluralita/
tem nature sig̃te per terminū. ⁊ non ꝟm vnitatem uel
pluralitatem suppositorum. Quis enim pater ⁊ filius
⁊ spiritus sanct° sint tria supposita. tamen ꝓpter vni/
tatem diuine nature quam significat hoc nomen de°
dicuntur vnus deus. ita econtra Quis iohānes ⁊ pe/
trus essent vnum suppositum. tamen ꝓpter plurali/
tatem naturarū assumptarū dicerētur duo iohānes.
sed diuersitas naturarū manēte vnitate suppositi nō
impediret gꝫ de se inuicem predicarentur. quia idem/
ptitas suppositi sufficit ad veritatem predicationis.
hec ille in forma. Quis autē tertia parte. q. 3. arti. 7°
dicat ꝙ nullum nomen ab aliqua forma impositū di/
citur pluraliter nisi propter pluralitatem suppositoꝝ
Homo enim inquit qui est duobus vestimentis indu/
tus non dicitur duo vestiti sed vnus vestitus duob°
vestimentis. ⁊ qui habet duas qualitates dicitur sin/
gulariter aliqualis ꝓpter duas q̄litates. Quis inquā
ita teneat. tamen ibi ⁊ vbicūqʒ tenet ꝙ nullū substan/
tiuū semper recipit vnitatem a forma quā significat:
videtur potius loqui de adiectiuis q̄ de substātiuis.
Tunc ad formam argumenti dicit̄ ꝙ a^m est falsa de
nominibus adiectiuis. ad quorum plurificationē re/
quiritur ⁊ sufficit pluralitas suppositorum ⁊ non for/
me significate. secus ē de terminis substātiuis. ¶ Ad
2^m negatur ɔ̄ña. licʒ enim sciens significet scientiam
nō tamē supponit pro ea. ⁊ ideo nō potest de illa pre/
dicari. sicut nec homo predicatur de humanitate. licʒ
eam significet. nam ad veritatē predicationis nō suf/
ficit veritas significationis ex parte forme significa/
te. nisi cum hoc modus significandi esset oīo idem. qđ
non est hic. quia licʒ album ⁊ albedo idem significēt
tamen album copulat subiectum. significat enī albe/
dinē i cōcretiōe ad illud ⁊ subiectū dicit in recto. ⁊ iō
supponit ꝓ illo ⁊ nō ꝓ albedine. albedo aūt sig̃t eādē
formā sine tali concretione sed ꝑ modū substantie. ut
dictū fuit s̄. ⁊ iō albū non ꝑdicatur de albedine. nec
econtra. ¶ Ad 3^m dico ꝙ ꝟm scm̄ Tho. de veritate. q
10. arti. 4° forme sūt duplices: qdā sunt q̄ nullā mām

sibi determinā: ut linea superficies. quedam autem determinant sibi materiam specialem: ut simum. tūc dico ꝙ nullum concretum uel abstractum accidētale de significato principali significat subiectū sed formam. ut dictum fuit. verūtamē quedam illorum dāt intelligere suum subiectum ex consequēti. ⁊ hoc uel sub ratione confusa: ut omnia concreta accidentalia quia significant formā in concreto et ut adiacentem alteri. uel sub ratione determinata. ut illa que significant formam determinantē sibi materiam. sicut simitas uel simum. Et sic patet ad argumenta.

Quantū ad secundum articulum sit hec conclusio ꝙ ista est falsa: deus nō generat deum. Istam conclusionem tenet sanctus Thomas prima parte. q 39. arti. 4°. ad 3m. vbi sic ait. Aliter se habet hoc nomē deus ad supponendum pro persona. ⁊ aliter hoc nomen homo. Quia eni natura significata per hoc nomen homo scȝ humanitas realiter diuiditur in diuersis suppositis per se supponit pro persona. etiā si nihil addatur quod determinet ipsum ad personam que ē suppositum distinctū siue cōmunitas humane nature non est sm rem sed solum considerationem. vnde iste terminus homo non supponit pro natura cōmuni nisi propter exigentiam alicuius additi. ut dicitur: homo est species. sed forma significata per hoc nomen deus scȝ essentia diuina est vna ⁊ cōmunis sm rem. vñ per se supponit pro natura cōmuni sed ex adiūcto terminatur eius suppositio ad personam. vñ cum dicitur: deus non generat. nihil additur quod determinet hoc nomen ad personam filij. vnde datur intelligi ꝙ generatio repugnet diuine nature. sed si addit̄ aliquod pertinens ad personam filij vera esset locutio. ut si dicatur: deus genitus non generat. vñ etiam non sequitur: est deus generans. et est deus non generans. nisi ponatur aliquid pertinens ad personas: utputa si dicamus: pater est deus generans. ⁊ filius est deus non generans. hec ille. Et intendit ut mihi videtur ꝙ in illa propositione: deus non generat. li deus stat pro essentia ⁊ nō pro aliqua persona determinate ⁊ distincte. verūtamen non negat qn stet pro re diuine nature. dicit enim 3° sen. vbi sup allegatum est ꝙ naturalis suppositio hui⁹ termini de⁹ est quando supponit rem nature diuine indistincte. res autē diuine nature est suppositum nature diuine. ut patebit in sequenti questione. Ex quo patet ꝙ hoc nomē de⁹ siue supponat dete͂minate ꝓ patre uel filio siue nō semper supponit rem nature diuine. In dicta ğ ꝓpositione stat pro essentia ⁊ pro re nature diuine indistincte. cum non trahatur ad standum determinate pro hac aut illa persona ī speciali. ⁊ ideo quia negatio sequens tantū valet respectu h⁹ termini deus stantis pro essentia diuina uel indistincte pro re nature diuine quantum si precederet. cum hic terminus de⁹ quo ad hoc habeat vicem termini singularis. ut ipse dicit p° sen. dis. 4. q. 1. arti. 2°. ad 3m. ideo illa negatio negat actum generandi non solum a diuina essentia quinimo a re diuine nature inq̄ntum h⁹. Ex quo sequit̄ ꝙ nulla res habens naturam diuinam potest generare. qd enim negatur ab aliquo inq̄ntum tali. remouet̄ ab omni tali. imo sibi repugnat. ⁊ quia hoc est falsum ideo illa propositio: deus nō generat. ē falsa. sicut ista res diuine nature inq̄ntum h⁹ non generat. Vñ sanct⁹ Tho. p° sen. vbi dici. hic terminus deus in hoc conuenit cū terminis cōmunibus ꝙ predicatur de pluribus suppositis. sed in hoc conuenit cum discretis ꝙ non predicatur in plurali q̄ntūcūqȝ supposita sint multa. non enim pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus sunt dij sed vn⁹ de⁹. ⁊ ideo dicit ꝙ ex hoc habet ꝙ affirmatio ⁊ negatio circa illam sunt contradictorie. vñ sm sctm̄ Tho. ibidem ita contradicunt ad inuicem iste: deus generat. ⁊ de⁹ non ē deus. sicut iste: sortes currit ⁊ sortes non currit. ¶ Sed contra predicta arguit Aureolus in presenti distinctione. Primo sic. Illa propositio est vera cui⁹ equipollens est vera. sȝ sm te iste due equipollent: deus nō generat. ⁊ essentia non generat. ꝓ eo ꝙ deus non supponit ibi pro persona sm te sed ꝓ essentia. hec autem est vera: essentia non generat. ğ ista est vera: deus non generat. ¶ 2° sic. Predicatum affirmatum ⁊ negatum reducuntur ad idē genus sm Aug. 5° de trinitate. ait enim ꝙ non homo non aliud genus predicamenti annūciat q̄ȝ homo. sed tm̄ illud negat. sed generare est aliquid pertinens ad personā ergo ⁊ non generare. ⁊ per 9ns determinabit deū ut stet pro persona dicendo: deus non generat. ¶ 3° sic. Deus non generat ⁊ omnis deus generat sūt cōtradictorie. ⁊ per 9ns affirmatio ⁊ negatio de eodē. sed dicendo: omnis deus generat supponit pro persona. ergo dicendo: deus nō generat stabit similiter ꝓ persona. ¶ 4° sic. Dicendo deus nō generat. aut li deus supponit pro diuina essentia. ⁊ tunc est propositio verissima. aut supponit pro determinata persona. puta pro filio. ⁊ tūc etiam erit vera. aut supponit determinate pro aliqua persona indeterminata. ⁊ tunc etiam erit vera. nam indefinita verificatur pro vna singulari. ergo pro quocūqȝ supponat propositio erit vera. ¶ 5° quia non est verū ꝙ cuicunqȝ nature attribuitur negatio alicuius predicati denotetur repugnantia predicati ad naturam. dicendo enim homo nō est albus non denotatur ꝙ albedo repugnet homini. ergo nec denotatur ꝙ generatio repugnet diuine nature dicendo: deus non generat. uel essentia non generat ergo falsum est quod tu assignas pro causa negationis. ¶ Ad p̄mū istorū negatur h⁹. nō eni iste equipollent sm sctm̄ Tho. deus nō generat. ⁊ ista essentia diuina non generat. qz licȝ in prima li deus stet ꝓ eēntia sicut ī 2ª. tm̄ in 2ª stat ꝓ eēntia ꝑcise nullo habito respectu ad rem nāe diuine que ī illa natura subsistit. ⁊ ideo solum negat̄ actus generādi ab eēntia ⁊ non a supposito uel re illius nature ac per hoc est vera. sed in prima

li deus stat pro essentia habito respectu ad supposi/
ta. sed indeterminate ⁊ indistincte. ⁊ hoc q2 sigt eentiā
concretiue. talia aūt nomina significant aliquid sub/
sistens ꝗtum est ex parte modi significandi. ut dictū
est in primo articulo. Subsistēs autem in diuina natu
ra est suppositum ⁊ res nature diuine. ⁊ ideo cum ne/
gatur actus generandi a deo: negatur non solum ab
eēntia diuina sed a re nature diuine. ⁊ eius supposito
ut est talis nature. ⁊ ideo est falsa quia generatio non
negatur a supposito diuine nature. quia ē diuine na/
ture. quia sic non conueniret patri. non ergo equipol
lent dicte due propositiones. sed iste potius equipol/
lent: deus non generat. ⁊ nihil quod subsistit i diuina
natura generat. quarum quelibet est falsa. ¶ Ad 2m
cōceditur aior. sed bor nō bene subsumit. debebat eni
subsumi ꝙ generare pertinet ad tale genus uel tale.
⁊ concludi ꝙ non generare pertinet ad illud idē. ⁊ ar/
guens subsumit ꝙ generare est quid personale. ⁊ cō/
cludit. ꝙ ideo non generare erit quid personale. ⁊ iō
oña nulla est. non generare enim nō est personale cū
eque conueniat essentie sicut persone. imo non cōue/
nit essentie ratione persone. ⁊ ideo argumentum non
valet. nec concludit ꝙ li non generare determinet h
nomen deus ad standū pro aliqua persona determi/
nata: presertim ꝙ illa negatio tenetur ibidē negan/
ter. ⁊ tātundē valet ac si diceretur. nō deus generat.
vbi patet ꝙ non restringitur li deus ad standum pro
aliqua persona determinata. quia ad illum sensū ne/
garet solum scūs Tho. ꝙ li deus stet pro persona in
hac: deus non genuit. ¶ Ad 3m conceditᷣ ꝯ. s. ꝙ in ista
deus non generat li deus stat non solum pro essentia
sed pro quocūqꝫ diuino subsistēte siue sit eēntia siue
persona. cum eni dicit sanctus Tho. ꝙ in ea nihil po/
nitur qō determinet li deus ad standum pro persona
filij. non intendit ꝙ in illa ꝓpositione stet pro vlla per
sona. sed solum vult ꝙ non stat distincte ⁊ in speciali
pro aliqua persona determinata. sed pro natura diui
na ⁊ pro re nature diuine ut dictum fuit. hoc nomen
enim deus de sua naturali suppositiōe stat ꝓ natura
diuina: ut in habēte uel pro subsistente in ea. subiectū
igitur dicte propositionis supponit indistincte pro re
diuine nature. ⁊ quia negatio intelligitur precedere
totum negans. cum in singularibus non referat ne/
gationem preponere uel postponere. ideo per eā de/
signatur generationem nullo mō cōuenire rei subsi/
stenti in natura diuina. ¶ Ad 4m patet per dicta. In
illa enim propositione subiectum stat non solum pro
essentia. nec restringitur ad aliquam personam i spe/
ciali sed indistincte pro quolibet i diuina natura sub/
sistente. Et cum dicitur ꝙ tūc est vera quia indefini/
ta ⁊c. dicitur ꝙ illa ꝓpositio tantū valet ac si eēt vni/
uersalis negatiua. idem enim est dicere. sortes nō cur
rit ⁊ nihil qō est sortes currit. sic in proposito: deus nō
generat. ⁊ nihil quod est deus generat. ¶ Ad 5m dicitᷣ
ꝙ quandocunqꝫ nomen nature supponit pro ipsa na
tura uel pro re talis nature inꝗtum hꝫ. ⁊ non pro ali/
quo supposito determinato illius nature. tunc quic/
quid negatur ab illo intelligitur negari a re nature
inꝗtum res talis nature est ac per hoc sibi repugna/
re. quod enim ab aliquo remouetur inꝗtum tale est
ei repugnat. cū enim dicitur: homo non est albus si li
homo staret ibi pro natura humana precise uel ꝓ sub/
sistente in tali natura in cōmuni non pro isto uel illo.
tunc idem esset dicere: homo non est albus. ⁊ dicere
homo inꝗtum hꝫ non est albus. sic autem est in ꝓpo/
sito. Potest etiam aliter dici cōcedendo aṅs ⁊ negā/
do oñam. nam licꝫ de forma illa oña non valeat: deꝰ
non generat. ergo deo repugnat generatio. tamē va
let in ista materia. nam in diuinis ad intra quicqd nō
conuenit repugnat. quia quicquid potest ibi esse iam
ibi est. ergo quicquid ibi non est non potest ibi esse sed
repugnat. generatio autem diuine persone est ad in/
tra. quapropter oña valuit in ista materia ⁊ si non in
alia.

Quantū ad tertiū articulum sit ista ꝯ ꝙ hec est vera: deꝰ
genuit deum. ⁊ non solum vera imo propria. Hanc
declarat sanctus Thomas pma parte. q. 39. arti. 4o
vbi ait. Quidam dixerunt ꝙ hoc nomen deus ⁊ simi/
lia proprie ſm suam naturam supponunt pro essen/
tia sed ex adiuncto notionali trahunt ad supponēdū
pro persona. ⁊ hec opinio processisse videtur ex con/
sideratione diuine simplicitatis que requirit ꝙ i deo
idem sit habens ⁊ quod habetur. ⁊ sic habens deitatē
quod significat hoc nomen deus est idem quod dei/
tas. sed in proprietatibus locutionum non tm̄ atten/
denda est pars sigta per nomen. sed etiam modus si/
gnificandi. ⁊ ideo quia hoc nomen deus designat di/
uinam essentiam ut in habente ipsam. sicut hoc nomē
homo humanitatem in supposito. Alij meliꝰ dixerūt
ꝙ. s. hoc nomē deus ex modo significādi habet ut ꝓ/
prie possit supponere pro persona sicut ⁊ hoc nomen
homo. quandoqꝫ igitur hoc nomen deus supponit ꝓ
essentia. ut cum dicitur: deus creat. quia hoc predica
tum conuenit subiecto ratione forme sigte que ē dei/
tas. quandoqꝫ vo supponit personam uel vnam tm̄:
ut cum dicitur deus generat. uel duas: ut cum dicitᷣ
deus spirat. uel tres: ut cum dicitur. Regi seculorū
imortali inuisibili deo. ja. Thimot j. vij. hec ille. Uult
ergo dicere ꝙ in ista: deus generat deum. subiectū
supponit determinate pro persona patris secluden/
do essentiam ratione additi personalis. ⁊ quia sic sup
ponendo propositio est vera ⁊ propria. sequitur ꝙ ꝓ/
prie loquendo illa sit vera. Eandem conclusionem
tenet ꝑ sen. dis. 4. q. i. arti. 1. ¶ Sed hāc conclusionē
dicit Aureolus deficere in sua probatione tripliciter
Primo quidem in hoc ꝙ dicit ꝙ hoc nomen deus
nō supponit ꝓ psona cū dicitᷣ. deꝰ creat: actiōes nāqꝫ
sūt suppositoꝝ. sed creare ē agere. ergo cū dicitᷣ deꝰ
creat stat ibi li deus ꝓ suppositis ⁊ psonis. 2o ad idem

non magis abstrahit creatio q̄ abstrahat intellectio beatorum. sed probatum inquit est q intentio beatorum non potest precise terminari ad essentiā tā q̄ ad illud qd videt̄ si necessario terminat̄ ad personā, p eo q est res habens propriā veritatem. essentia vero non habet. ergo multo min⁹ creatio poterit precise pfluere ab essentia. sz fluet de necessitate a trib⁹ psonis q̄uis per rationem formalem. Deficit iterum sm eum dicta probatio in eo q ait hoc nomen deus supponere pro tribus personis cum dicitur: Regi seculorum etc. illi enim soli debetur honor qui creat. sed iste est deus prout subsistit in tribus personis. ergo de⁹ qui creat supponit pro tribus et non pro natura tm̄. cuius oppositū tu primo loco dixisti. ita q 2^{m} dictum videtur primo repugnare. 3° deficit inquit dicta probatio in hoc q dicit deum nunc supponere pro essentia nunc pro persona. semper enim supponit pro persona. si enim aliquando non supponeret pro persona. sed tm̄ pro natura. hoc esset maxime quando de deo predicaretur essentia uel aliquod essentiale: sed etiam tunc supponit pro persona. dicendo enim deus est essentia. uel deus creat. aut intelligit. uel similia. sensus est q habens deitatem est essentia diuina. et q persone que sunt deus sunt ipsamet essentialia. ergo deus sp supponit pro persona uel personis. Et si dicat̄ q nō: cum dicitur tres persone sunt vnus deus non sunt vna persona sed tm̄ vna essentia. Dicendū inquit q tunc etiam supponit nō tm̄ pro diuinitate. imo pro habente diuinitatem. Est enim sensus: tres persone sūt vnus deus id est vnum sunt in habendo diuinitatem licz sint tres habentes. nec est idem sensus: tres persone sunt vna deitas. et tres persone sunt vnus deus ibi enim predicatur absolute diuinitas. hic autem habens diuinitatem. ¶ Ad ea que primo inducit respondetur q false imponit sancto Thome q ipse dixerit in ista: deus creat: subiectum supponere pro essentia. ita q nullo modo pro psona. sanctus Thomas enim p sen. dis. .q.1. arti.p. ponit q actus creandi cōuenit diuine nature et eius suppositis. non enim oportebat arguentem laborare ad probandum q creatio nō potest precise terminari ad essentiam sine personis. cum sanctus Thomas prima parte. q.45. arti.7° ad 3^{m}. dicat et gratis concedat q creare est cōe toti trinitati. et sic patet solutio ad 2^{m}. Ad illud quod 2° loco proponit vbi vult probare contradictionem in dictis sancti Thome. dicendum iuxta premissa q in ista: de⁹ creat subiectum stat pro essentia et pro re habente diuinitatē. et hoc distincte. sed p personis stat indistincte. imo pro tota trinitate. et ideo non est contradictio dicere q in hac: deus creat. subiectum supponit distincte p personis. et dicere q in hac: regi seculorum etc. li deo stat pro tribus psonis. Ad illud quod 3° proponit dicitur similiter q procedit ex malo intellectu dictorū sancti Thome. nō enim intendit sanctus Thomas q hoc nomen deus quandoq supponat pro essentia qn supponat pro persona ibidē distincte uel indistincte.

sed ad hūc sensum dicit q aliquando supponit pro persona aliquādo pro essentia. quia scz quādoq supponit distincte pro isto et non pro illo quandoq econtra. quandoq vero supponit pro persona sic q non pro essentia. ut cum dicitur: deus generat. nunq̄ tamen stat pro essentia qn implicite uel explicite stet p persona. et q ista sit mens sācti Thome patet. Nā si quāq̄ staret pro essentia. et nō pro persona maxime videretur esse in ista: pater et filius sūt vnus deus. uel in ista: trinitas est vnus deus. sed tamen sm mentem sancti Thome in vtraq istarū li deus stat implicite pro personis. quod patet. Nā prima parte. q.36. arti.4° dicit idem esse iudicium de istis: pater et filius sunt vn⁹ de⁹ et pater et filius sunt vnum principium spiritus sancti. Sicut enī pater et filius sunt vnus deus propter vnitatem forme sigte per hoc nomen deus. ita sunt vnū principium spiritus sancti propter vnitatem proprietatis iportate i noie principij. et tn̄ eodē arti. post pauca. s. respondendo ad 4^{m} et 5^{m} dicit q in 2^{a} propositione li principium supponit confuse pro duab⁹ personis indistincte. ergo eodē modo haberet dicere de prima propositione: scz pater et filius sunt vnus deus q li deus supponit pro duabus personis indistincte et habet suppositionem confusam. Item 3° sen. dis.1.q.2. arti.4° in responsiōe ad 6^{m}. dicit q i ista: trinitas ē vnus solus verus deus. li deus supponit rem nature diuine indistincte. Rem autē nature vocat suppositum eodem libro 3° dis.6.q.1. arti.p. Cum igitur i istis propositionibus que dicte sunt: scz trinitas est vnus solus verus deus. et pater et filius sunt vnus deus. li deus supponit pro essentia et pro re illius nature. sequitur q sm eum nunq̄ supponit pro essentia qn implicite uel explicite supponat p persona. cū hs oppositum maxime videretur sensisse in dictis propositionibus quod tamen non fecit. ¶ Ad argumentū in pe de q̄onis factum dicitur q licz hoc nomē deus significet essentiam. tamen q̄tum est de se supponit p habente essentiam et rem nature. etiam non intellectis personis q̄s fides dicit. vn̄ potest supponere pro persona etiam si ab alio non restringatur. et quia supponit personam indistincte. ideo potest stare pro persona in locutione pro qua reddit propositionē verā. vn̄ in hac locutione: deus generat. deum in subiecto stat pro patre. in apposito pro filio. Istam solutionem ponit sanctus Thomas p sen. vbi s. arti.p. ad 2^{m}. In summa autem scz prima parte. q.39. arti.4° ad 2^{m}. dicit q ista ratio solum procedit contra illos qui dicebant q hoc nomen deus non habet naturalem suppositionē pro persona. nos autem qui oppositum ponimus nō oportet ponere quid restringat eum ad standum pro persona. Et hec de questione pdicta.

Ecūdo queritur in xta eandem distinctionē. Utrū in diuinis abstractū predicetur de con

creto ut pote: Utrum deus sit deitas sua uel sua essentia Et arguitur q nõ. Quia nihil est in seipso. sed deitas est in deo. ergo deitas nõ est de⁹. Et similiter nec alius quod cõcretum predicatur ibidem de suo abstracto uel econtra. In oppositum arguitur sic. Abstractum et concretum differunt sicut habens et illud quod habetur. Et iterum: sicut quod est et quo est. sed talia in diuinis non differunt. dicit enim Aug⁹ xi⁹ de trinita. q ideo diuina natura est simplex et nõ est aliud habẽs et aliud quod habetur sicut in ceteris. Et Boetius in libro de ebdo. dicit q in solo deo non differt quod est et quo est. In hac questione erunt duo articuli. In primo videbitur quomodo tam in deo q̃ in creaturis se habẽt abstractum et cõcretum. uel natura et nature suppositi. In 2° mouebunt dubitationes. ¶ Quãtum ad primũ articulũ sciẽdũ q ista q̃stio potest poni sub multiplici forma. Prima est: an abstractum et concretum de se inuicem predicentur. 2ᵃ est: an suppositum et natura sint idem. 3ᵃ est: an quod quid est sit idem cũ eo cuius est. Et q̃tum ad vtrũq sensum ponã 9nes. ¶ Prima 9 est q in creaturis abstractum et cõcretũ predicantur de se inuicem in formis generalibus. nõ autẽ sic in formis specialibus. Hanc ponit scũs Tho. de veritate. q. 21. arti. 4°. ad 4ᵐ. vbi ait. Aliter est in formis generalibus et aliter in formis specialibus. in formis enim specialibus non recipitur predicatio cõcreti de abstracto: ut dicatur q albedo ẽ alba. uel calor est calidus. ut patet etiam per Dionysiũ ca° 2° de diuinis nominibus. Sed i formis generalibus hmõi pdicatio recipitur: dicimus enim q essentia est ens. et bonitas est bona. et vnitas est vna. Cuius ratio ẽ. quia qd primo cadit in apprehensione est ens. vñ oportet q cuiq apprehenso per intellectũ intellectus attribuat hoc quod est ens. et ideo cum apprehendit essentiam alicuius dicit illam esse ens. et similiter vnãquãq formam generalem uel specialem. ut bonitas est ens. albedo est ens. et sic de alijs. et quia quedam sũt que concomitanẽ inseparabiliter rationẽ entis. ut vnum bonũ et hmõi. oportet q de quolibet apprehenso predicẽt eadem ratione qua ens. vñ dicim⁹ q essentia est vna et bona. Et similiter dicimus q vnitas est vna et bona. et ita de bonitate et albedine. et ita de qualibet forma generali uel speciali. sed album quia est speciale nõ concomitatur inseparabiliter rationẽ entis. vñ põt apprehendi forma albedinis sine hoc q attribuatur ei esse albũ. vñ nõ cogimur dicere q albedo ẽ alba. hec ille in forma. Consimiliter dicit 2° sen. dis. 27. q. 1. arti. 2° in responsione ad pmũ. vbi ponit distinctionẽ de nominibus exprimentibus formas generales et speciales. ¶ 2ᵃ 9 est q i rebus materialibus differt fm rem natura et suppositũ nature. Sed anteq̃ veniã ad pbationem 9nis premittã quid nominis suppositi et nature. Quid nois suppositi ostẽdit scũs Tho. 3° sen. dis 6. q. 1. arti. p°. questiuncula prima. vbi sic ait. Cũ oẽ ingt particulare habeat respectũ ad cõmunẽ naturã et ad pprietates potest fm vtrãq nominari. tam p nomen prime intentionis q̃ per nomen secũde intentionis. 9 enim nomen res nature est nomen prime impositiõis significãs pticulare p respectũ ad nãm cõmunẽ. hoc vo nomen suppositum est nomẽ 2ᵉ intentionis significans ipsam habitudinem particularis ad naturam cõmunem inq̃tum subsistit i ea. particulare vo inq̃tum excediтur ab ea. Sed quia accidentia cõsequũt naturam. ideo omne nomen significans particulare fm respectum ad proprietates. desigt etiam ipsum p respectum ad naturam cõmunẽ. Hoc autem potest fieri dupliciter. uel per nomen prime impositionis. et sic est ypostasis cõmuniter ab omnibus substãtijs. uel per nomen 2ᵉ impositiõis. et sic est indiuiduũ inq̃tum est indiuisum in se. singulare vo inq̃tum est diuisum ab alijs. vnde singulare idem est qd diuisum. Est aũt alia differẽtia attendenda inter ista. quia quedã istorum cõmuniter significãt particulare in quolibet genere. sicut particulare indiuiduũ singulare. quedam vo particulare tñ in genere substãtie. sicut res nature suppositũ psona ypostasis. Quia vo ratio substãtie est q per se subsistat. inde est q nullũ istorũ dicitur nisi de re cõpleta et subsistenti per se. vñ non dicunt neq de parte neq de accidẽte de quib⁹ alia dici possunt que in omnibus generibus inueniũtur. Quis enĩ hec albedo uel manus dicatur idiuiduũ uel singulare. non tamen potest dici ypostasis uel suppositũ aut res nature. hec ille. Item eodẽ arti. q. 2. ad 2ᵐ arᵐ. dicit q suppositum non importat suppositionẽ indignitatis uel potentialitatis. alias psone non dicerent supposita diuine nature: sed solum suppositionẽ q̃tum ad coitatem inq̃tum natura cõmunis excedit i predicatione suppositũ actu uel potentia. hec ille. Idem ponit pma pte. q. 29. arti. p°. et 2°. et. q. 38. arti. p°. et p° sen. dis. 23. q. 1. arti. p°. Itẽ de potẽtia dei. q. 9. arti. p°. Ex quibus omnibus habetur q indiuiduũ substantie habet quinq quattuor noia. dicitur enĩ suppositũ res nature subsistentia ypostasis. indiuiduũ enim substãtie fm q per se existit et non in alio. dicitur subsistẽtia. Illa enĩ dicim⁹ subsistere que non in alio sed in seipsis existũt. fm vo q supponit alicui nature sic dicit res nature sicut homo dicitur res nature humane. fm vo q subijcitur accidentib⁹ dicitur ypostasis uel substãtia. suppositum autem dicitur fm q ponitur sub natura coi sicut particulare sub specie uel genere. Sic igitur patet quid est suppositum. s. indiuiduũ substantie subsistens in genere substantie et in completa specie. nõ enĩ omne indiuiduũ substantie dicitur suppositum. nam neq anima nec aliqua pars substantie dicitur suppositum. quia quodlibet illorum habet naturam vnibilitatis uel nõ est in completa specie. nec etiã talia dicuntur ypostases uel subsistẽtie uel hmõi. ut patet pma parte. q. 29. arti. p°. ad 5ᵐ. Et. q. 75. arti. 2°. vbi habet q anima nõ est quid completum in specie. Quid aũt significetur nomine nature ostẽdit sanctus Thomas 3. parte. q. 2. arti. p°. Sciendum inquit q nomẽ nature a nascendo dictũ est uel sumptum. vnde primo impositũ est hoc nomẽ ad significandũ generationẽ viuentiũ: que natiuitas uel pululatio dicit. ut dicatur natura quasi na citura. deinde translatum est nomẽ nature ad significandum principiũ hmõi generationis.

⁊ quia principium generationis in rebus viuentib⁹ est intrinsecum. vlterius deriuatum est nomen nature ad signādū quodlibet principiū intrinsecū mot⁹: sm̄ ꝙ ph̄s dicit 2° physicoꝝ ꝙ natura est principium motus in eo in quo est per se ⁊ non per accidens. hoc autem principiū uel est forma uel materia. vnde natura quandoqꝫ dicitur forma quandoqꝫ ỽo materia ⁊ quia finis generationis naturalis in eo qđ generat̃ est essentia speciei. vocatur etiā natura. ⁊ hoc modo Boetius naturam diffinit in libro de duab⁹ naturis dicens: Natura est vnamquāqꝫ rem informans specifica differentia que scꝫ complet diffinitionē speciei Sic ḡ nūc loquitur de natura sm̄ ꝙ significat essentiam uel qđ quid est. siue quidditatem speciei. hec ille Eandem ponit distinctionem p̄ma p̄te. q. 29. arti. p̊. ad 4ᵐ. Et 3° sen. dis. 5. q. 1. arti. 2°. Et similiť 2° sen. dis. 37. q. i. arti. p̊. ⁊ multis alijs locis. Istis premissis probatur ꝯ accipiendo nām vltimo mō. scꝫ ꝙ in reb⁹ materialibus natura ⁊ suppositū sm̄ rem differāt. Ipse enim scūs Tho. p̄ma parte. q. 3. arti. 3°. sic eam ꝓbat dicens. Sciēdum ꝙ in rebus compositis ex materia ⁊ forma necesse ē ꝙ differat natura uel essentia ⁊ suppositum. quia essentia uel natura comprehendit in se tm̄ illa que cadunt in diffinitione speciei. sicut humanitas cōprehendit in se ea que cadūt in diffinitiōe hominis: his enim homo est homo. ⁊ hoc sigt̄ humanitas scꝫ quo homo est homo. sed materia indiuidualis cū omnibus accidentibus indiuiduantibus ipsam nō cadunt in diffinitione speciei. non enim in diffinitiōe hominis cadunt he carnes ⁊ hec ossa. aut albedo uel nigredo. uel aliquid hm̄ȯ. vñ he carnes ⁊ hec ossa ⁊ accidentia designantia hanc materiā non includuntur in humanitate. ⁊ tamen in eo qui est homo includūť. vñ illud quod est homo habet i se aliquid quod nō habet humanitas. ⁊ propter hoc nō totaliter est idem homo ⁊ humanitas. sed humanitas significatur ut pars formalis hominis. quia principia diffiniētia habēt se formaliter respectu materie indiuiduantis. hec ille. Idē ponit p̊ sen. dis. 24. q. 1. arti. p̊. In cōpositis inquit ex materia ⁊ forma essentia non dicit formam tm̄ sed tm̄ compositum. ⁊ hoc dicitur quidditas uel natura rei. ⁊ ideo dicit Boetius in cōmēto p̄dicamentorum ꝙ vsia sigt̄ compositū ex materia ⁊ forma. non tamē ex hac materia determinata determinatis accidentib⁹ substante in qua indiuiduatur forma. quia hm̄ȯ compositum dicit hoc nomē sortes. hec autē materia determinata est sicut recipiens illam naturam cōmunem. ⁊ ideo natura uel essentia dupliciter sigt̄ur: scꝫ ut p̄s quando natura cōmunis sumitur cum p̄cisione cuiuslibet ad naturam pertinentis cōmunē. sic eni materia determinata superuenit in compositionē singularis demōstrati sicut hoc nomen humanitas. ⁊ sic nō p̄dicatur. nec est genus nec species. sed ea formaliť denominat̃ homo. aliqñ autem sigt̄ur ut totum sm̄ ꝙ ea que ad naturā cōmunē non pertinēt sine p̄cisione intelliguntur in potentia materia determinata in natura cōmuni. ⁊ sic significat̃ hoc nomine hō. hec ille Item de potentia dei. q. 9. arti. p̊. demonstrauit istam

ꝯnem in hūc modum. Ph̄us inquit in 5° metaphisice dicit substantiā dupliciter dici. Dicitur eni vno mō substantia ipsum subiectum vltimū quod non p̄dicatur de alio. ⁊ hoc est particulare in genere substantie. Alio modo dicitur substātia natura illi⁹ subiecti. hui⁹ autē distinctionis est ratio. quia inueniunť plura supposita in vna natura cōuenire: sicut plures hoīes in vna natura hominis. vñ oportuit distingui illud qđ est vnū ab alio quod multiplicatur. natura eni ē quā significat diffinitio indicans quid ē res. vñ ipsa natura cōmunis essentia uel quidditas dicit̃. quicqd igiť est in re ad naturā cōmunē sub significatiōe eius cōtinetur. non autē quicquid est in substātia particulari est hm̄ȯ. si eni quicqd est in substantia particulari ad naturam cōmunē pertineret. non posset esse distinctio inter substantias particulares eiusdē nature. hoc autē quod ē in substantia particulari p̄ter naturā cōmunem ē materia idiuidualis q̄ ē singularitatis p̄ncipiū ⁊ per ꝯñs accidētia indiuidualia que materia p̄dictā determinant. compatur igitur essentia ad substantiā particularē ut pars formalis ipsius. ut humanitas ad sortem. ⁊ ideo in rebus ex materia ⁊ forma cōpositis essentia nō est oīo idem quod suppositum. vñ nō p̄dicatur de supposito. nō enim dicitur ꝙ sortes sit sua humanitas. hec ille. Et post pauca. Essentia inquit in substantijs materialibus non est idem cū eis sm̄ rem: neqꝫ penitus diuersum: cū se habeat ut pars formalis. hec ille. Item in tractatu quem fecit de esse ⁊ essentia sic ait. Cum humanitas in suo intellectu includat tm̄ ea ex quibus homo habet ꝙ est homo. patet ꝙ a significatiōe eius excluditur uel p̄sciditur materia designata. ⁊ quia pars non predicat̃ de toto inde ē ꝙ humanitas nec de homine nec de sorte p̄dicatur. vñ dicit Auicēna. Quidditas compositi non est ipsum compositum cuius est quidditas. q̄uis etiā ipsa quidditas sit compositū. sicut humanitas scꝫ ut cōposita non est homo. immo oportet ꝙ sit recepta in aliquo quod est materia designata. hec ille. scꝫ ꝯ est ꝙ in substantijs materialibus differt qđ quid est ⁊ illud cuius est. Istam ponit scūs Tho. super 7° metaphisice in illo ca°: Dubitauit autē merito. vbi dicit Ar. hec verba. Qđ quid erat eē ⁊ vnūquodqꝫ in quibusdam quidē idē est ut in p̄mis substātijs. ut curuitas ⁊ curuitati esse idem si prima est. Dico autē primam que nō dicitur per aliud in alio esse ⁊ subiecto ut materia quecūqꝫ ỽo ut materia aut recepta cum materia nō idem neqꝫ sm̄ accidens vnum. ut socrates ⁊ musicū. Super quibus verbis dicit sanctus Tho. in scripto super metaphisicā. Attendēdum inquit est ꝙ ab hac sententia quam sup̄ posuerat: scꝫ qđ quid est idem cū vnoquoqꝫ cuius est. duo hic excipit scꝫ illa que dicunť per accidens. ⁊ substantias materiales. cū superi⁹ nō exceperit nisi illa que dicuntur per accidens. oportet autem non solum ista excludi sed etiam substantias materiales. sicut eni ē dictū ē qđ quid erat eē ē id qđ sigt̄ diffinitio. diffinitio autē nō assignat̃ indiuiduis sed speb⁹. ⁊ iō mā idiuidualis q̄ ē p̄ncipiū idiuiduatiōis ē p̄ter qđ quid erat eē. impossibile autē est i rerū natura

esse speciem nisi in hoc indiuiduo. vnde oportet ꝙ
quelibet res nature si habeat materiã que est pars
speciei qḋ est pertinẽs ad qḋ quid ẽ ꝙ etiam habeat
indiuidualẽ qḋ nõ ptinet ad qḋ quid ẽ. vñ nulla res
nature si materiã habeat est ipsũ qḋ quid est. ſ3 est
habẽs illud. sicut sortes nõ est humanitas: ſ3 huma/
nitatem habẽs. si aũt esset possibile eẽ hominẽ com/
positum ex corpore ⁊ aĩa q̄ non ẽ hic homo cõposit⁹
ex hoc corpore ⁊ ex hac aĩa. nihilomin⁹ esset suũ qḋ
quid erat eẽ: q̄uis haberet materiã. lic3 aũt homo
non sit preter singularia in rerũ natura: ẽ tñ in rõne
qḋ pertinet ad logicam cõsideratiõẽ. ⁊ ideo supe/
rius vbi logice cõsiderauit de qḋ quid erat esse. nõ
excludit substãtias mãles quin in illis esset idem qḋ
quid est cũ eo cuius ẽ. homo enim cõis est idẽ cũ suo
qḋ quid est logice loquẽdo. nunc aũt postq̄ iam de/
scẽdit ad principia nãlia que sunt mã ⁊ forma ostẽ/
dit quõ diuersimode comparantur ad vlẽ ⁊ parti/
culare qḋ subsistit in nã. excipit h̄ ab eo qḋ supra di/
xerat idẽ esse qḋ quid est cũ vnoquoq̄ cui⁹ est. sub/
stãtias mãles in rerum nã existentes. hec ille. Item
in p̄ ca? Utrũ aũt idem ⁊c̃. sic dicit scũs Tho. ĩ fine.
Sciẽdum inquit ꝙ qḋ quid erat eẽ est illud quod
sigt diffinitio: vñ cũ diffinitio predicet̃ de diffinito
oportet qḋ quid ẽ predicari de diffinito. non est igit̃
qḋ quid ẽ eẽ hominis humanitas q̄ de hoĩe nõ pre/
dicatur. sed animal rõnale mortale. humanitas eñi
non ridetur q̄renti quid ẽ homo: ſ3 aĩal rõnale mor/
tale. ſ3 tamen humanitas accipit̃ ut principium for/
male eius qḋ est qḋ quid erat esse. sic ⁊ aĩalitas ac/
cipitur ut p̄ncipiũ generis ⁊ non ut gen⁹. ⁊ rõnabili/
tas ut p̄ncipiũ drĩe. nõ aũt ut drĩa. humanitas aũt
p tanto non oĩo est idem cũ hoĩe. q2 importat p̄nci/
pia eẽntialia hoĩs cũ p̄cisiõe omniũ accidẽtiũ: ẽ eñi
hũanitas q̄ homo est homo. nulliũ aũt hoĩs accñtiũ
est q̄ homo est homo. vñ oĩa accñia hoĩs excludũtur
a significatione humanitatis. h̄ ipsum aũt quod est
homo ẽ quod habet p̄ncipia essentialia cui possunt
accñia inesse. vñ lic3 in significatione hoĩs nõ exclu/
dant̃ accñia hoĩs. nõ tamẽ homo significat̃ ut aliqd
separatũ ab accñtib⁹. ⁊ iõ homo significat̃ ut totũ:
⁊ hũanitas significat̃ ut ps. si aũt est aliq̄ res in q̄ nõ
sit aliqḋ accñs ibi necesse est ꝙ nihil differat abstra/
ctũ a ɔcreto ut maxime patet ĩ deo. hec ille. Si aũt
dicat̃ ꝙ istud dictũ 2ᵐ ɔ̄dicit p̄. Primo eñi dixerat
ꝙ in reb⁹ mãlibus qḋ quid est differt ab eo cuius ẽ.
hic aũt dicit ꝙ predicatur de illo: q̄ videntur repu/
gnare. Dicẽdum ꝙ primo loquebat̃ de qḋ quid ẽ p
ut sumit̃ cũ precisione oĩu3 extneoꝝ. hic aũt loquit̃
de quod quid ẽ sumpto sine precisione ⁊ sine inclu/
sione actuali: lic3 cũ implicita. vñ scũs Tho. in tra/
ctatu de esse ⁊ eẽntia sic ait. Essentiã hoĩs sigt h̄ no/
men homo ⁊ h̄ nomẽ humanitas ſ3 diuersimode. q2
h̄ nomen homo sigt eam ut totũ inq̄tum se3 nõ pre/
scindit desiḡtionẽ materie: sed iplicite cõtinet eam
⁊ indistincte. sicut gen⁹ cõtinet differentiã: ⁊ ideo h̄
ta diuina filiatio in eo cõtinet̃ ex quo est ꝙ est tm̃ vn⁹ fili⁹. Similiter idẽ dicendũ est de spũ sancto. hec ille. Hac vltimã rationem similiter ponit pmo sen. vbi s. hoc ipsũ inquit pertinet ad perfectionem filij. qꝛ nihil de filiatiõe ẽ extra ipsũ in diuinis. vñ est perfecte filius. Patet ergo quomõ ex diuina pfectione procedit impossibilitas plurificatiõis relationũ vnı⁹ rõnis fm numerũ. qꝛ eni deus perfectissime intelligit: ideo vnico actu simplicissimo oia itelligit. vnico aũt actu intellectus nõ ꝓducit nisi vnicũ verbũ. ⁊ similiter qꝛ filius in diuinis ẽ perfectissime filius: ideo nõ se hꝫ ut participans filiationẽ. imo est ipsa quidditas filiationis diuine subsistens. ex quo sequit̃ ꝙ nihil de diuina filiatiõe põt esse extra illã. si enim aliqd de diuina filiatione esset ex̃ illã. iam posset imaginari pfectioꝛ filiatio scꝫ vna que cõtinet pfectionẽ pme filiationis ⁊ secũde. ¶ 4ᵃ ꝯ est ꝙ etiã fm mẽtem scı Tho. hꝫ impossibilitas resoluit̃ in modũ naturalis ꝓcessionis ut in causam. Nã ipse pma pte vbi s. 4.º loco assigñt talem rõnem. Persone inquit ꝓcedũt naturaliter: ⁊ nã determinatur ad vnũ. Item de potẽtia dei vbi s. sic dicit. Filius dicit̃ aliqs ex h̃ ꝙ naturalit̃ ꝓcedit. nã aũt ad vnũ se habet determinate nisi p accñs ex aliq̃ materiali plura ꝓueniant ꝓpter materie diuisionẽ. ⁊ iõ quia ibi ẽ oio imaterialis nã. oportet filiũ vnum esse tm̃. hec ille. Item. q. z. arti. 4.º Põt inquit aliq̃ specialis ratio assignari quare pater tm̃ vnum filiũ gignere possit. natura enim ad vnum determinatur. vnde cum pater natura generaret filium non potest eẽ nisi vnus fili⁹ a patre genitus. Nec põt dici ꝙ sũt plures numero in eadẽ specie existentes sicut apud nos accidit cũ non sit ibi materia que est principium distinctionis fm numerũ in eadem specie. hec ille. ¶ 5ᵃ conclusio est ꝙ etiã hꝫ impossibilitas fm mentẽ dicti doctoris resoluitur ut in causam ĩ modum quo diuine persone cõstituunt̃. ⁊ ab inuicem personaliter distinguuntur. vnde in de potentia dei. q. z. arti. p̊. ad 10ᵐ sic ait. Qꝫ eni in diuinis inquit alius filius eẽ nõ potest. ꝯcludit quia ipsa filiatio ẽ ꝓprietas personalis ipsius ⁊ h̃ quo ut ita dicam indiuiduatur. cuilibet autẽ indiuiduo pncipia indiuiduãtia propria sũt sibi soli. alias sequeret̃ ꝙ persona uel indiuiduũ esset coicabile ratiõe. hec ille. Et ad 3ᵐ ibidem sic ait. Ipsa relatio filiationis in filio tenet locũ omnium principiorum indiuiduantium in rebus creatis propter qđ dicitur proprietas personalis. ipsa autem natura diuina tenet locum nature speciei. Item eadẽ. q. arti. 4.º Non est inquit in diuinis aliquid quo filius distinguatur ab alijs personis nisi sola relatio filiationis q̃ est eius proprietas personalis: ⁊ qua filius nõ solum est filius sed est hoc suppositum uel persona hec. Impossibile est autem illud quo aliquod suppositum est hoc in pluribus inueniri. quia sic ipsum suppositũ eẽt cõmunicabile: qđ est contra rationem suppositi indiuidui ⁊ psone. vnde nullo modo potest esse alius fili⁹ in diuinis q̃ vnus. non enim potest dici ꝙ vna filiatio constituat hunc filium. ⁊ alia alium. quia cum filiationes ratione nõ differant oporteret ꝙ si materia uel quocunqꝫ supposito distinguerentur ꝙ esset ĩ diuinis materia aut aliud distinguẽs q̃ relatio. Item q. 9. arti. 9.º ad pmũ. Illud inquit per quod aliquid indiuiduatur ⁊ efficitur incõmunicabile. impossibile ẽ pluribus esse cõmune. illud enim per quod sortes est hoc aliquid. non potest itelligi pluribus inesse. vnde si filiatio in diuinis pluribus cõueniret non esset filiatio constituens incõmunicabilem filij personam: ⁊ ita oporteret ꝙ filius indiuidua persona cõstitueretur per aliquid absolutum quod vnitati diuine eẽntie non conuenit. hec ille. Et in hoc primus articulus terminatur.

Quantũ ad secundum articulum mouenda sunt dubia quorundam contra istam positionem. Et quidem contra zᵃᵐ ꝯnem arguit Aureolus probando illam eẽ multipliciter defectiuam. Primo inquit iste modus deficit. quia dicit omnem plurificationẽ fm numerum fieri propter materiam quantam accipiendo materiam pro parte compositi essentiali existente in potẽtia. Illud enim quod potest concipi cõceptu vniuersali non est pncipium indiuiduationis. sed materia potest intelligi conceptu vniuersali etiã materia quãta. In conceptu enim hominis intelligitur corpus organicum quod includit materiam quãtam. ergo materia quãta non ẽ causa indiuiduatiõis ⁊ per ꝯñs nec plurificationis. ¶ z.º sic. Ablata causa aufertur effect⁹ ⁊ maxime si sit causa precisa. sꝫ nulla materia existente adhuc ipse anime separate numeraliter distinguũtur. nõ ergo esset causa numerationis animarum materia quãta. Et si dicatur ꝙ remanet habitudo ad corpa. nõ valet. nunq̃ enim effect⁹ inest alicui propt̃ habitudinem ad cãm: alioquin nix eẽt alba ꝓpter solam habitudinem ad albedinẽ esto ꝙ non participaret eã in actu. ⁊ similiter lignũ esset calidũ propter solam habitudinẽ ad calorem. sed cõstat ꝙ anime separate sunt ĩ actu indiuidue ⁊ numeraliter distincte. ergo causa indiuiduatiõis nõ est sola habitudo ad materias distinctas. ¶ 3.º sic. Phus dicit. 4.º metaphisice. ꝙ idem est dicere aliqs homo ⁊ vnus homo ⁊ iste homo. sed cõstat ꝙ non ẽ homo per materiam quantã. ergo nec iste homo. ¶ 4.º sic. Celi distiguũtur numero fm cõmẽtatorẽ pmi celi ⁊ mũdi. sed celi nõ habẽt materiã. ut idem ponit ibidẽ. Et non ẽ dubium ꝙ phus fuit illius sñie. ergo nõ omnis numeralis distinctio est p materiã quãtitati subiectã nec illa fuit mens phi: sed q̃ fuerit mens phi dicit arguens in ꝓposito alio. s. dist. 3ᵃ. pmi. ꝙ cum Ar. dicit ꝙ forma abstracta a mã vltima abstractione nõ põt plurificari. 12.º metaphisice. per formam intelligit rõnem specificã ⁊ nãm. mã aũt accipit̃ ibidẽ nõ ꝓ parte cõpositi. sed ꝓ q̃cũqꝫ addito ad specificã rõnẽ. ⁊ põt distigui gnt⁹ modus talis materie. addit̃ eni ꝯceptui specifico qñqꝫ sit⁹ ⁊ quãtitas cuiusmodi sit⁹ ẽ passic ⁊ sic ꝯsurgit ꝯcept⁹ indiuidui sigñti dicẽdo h̃ hõ uel ille hõ. Aliqñ vo addit̃ mltitudo accñtiũ ꝓprioꝝ ⁊ sic cõsurgit ꝯcept⁹ idiuidui sił toti⁹ de q̊ loqt̃ phs. 7.º metaphisice. ut dũ ꝯcipit̃ sortes cũ sua ꝓpa figura ⁊ colore

τ ceteris accñtib⁹ q̄ appellāť ptes materie nõ forme
7⁰ metaphisice. qz .s. nõ sūt de ɔcepta specifico Aliqñ
autē addiť pticularitas incerta absq3 oī significatiõe
τ determinatiõe: τ sic ɔsurgit cõceptus indiuidui va/
gi. ut cum cõcipiť quidā homo uel quidam angelus.
Aliqñ aūt addiť pticularitas certa τ determinata. nõ
tamen situs seu quantitas uel figũo τ tunc consurgit
conceptus indiuidui abstracti qualis est Gabriel uel
Michael: qd̃ non est indiuiduū signatum ul' demon/
strabile cõcipiendo hūc angelū uel illum. qz tunc ne/
cessario situareť huc uel illuc. angelus aūt non pōt
esse subiectum situs. Aliqñ aūt addiť ad conceptum
specificū aliquod accñs cõe omnibus indiuiduis: sed
ꝓprium speciei: ut cū dicitur homo risibilis: aut aliqd
h⁹. Potest etiā addi sibi accidēs intẽtionale ut si con/
cipiať homo inq̃tū species: uel ut ꝑdicabilis de plu/
rib⁹. Scdm̃ h ergo de homine pñt esse sex concept⁹.
Prim⁹ quidem indiuidui signati: ut cum cõcipim⁹ hunc
hominē. Secūdus vero indiuidui simul toti⁹: ut cum
cõcipim⁹ hūc hominē cū talibus carnibus τ ossibus.
Tertius vero indiuidui vagi: ut dum cõcipim⁹ quē/
dam hominē. Quart⁹ ṽo indiuidui abstracti a situ et
omnib⁹ accñtibus: ut cum cõcipimus sortē s̄m suam
realitatem que subijciť omnib⁹ accidentib⁹. illa nāq3
est ꝓpria non cōis. Quintus aūt congregati ex rõne
specifica τ accñtibus eius: ut dum cõcipim⁹ hominē
cum figuris τ qualitatib⁹ sibi debitis in cōi: aut dum
ɔcipitur homo inq̃tum est species. Sextus ē abstra/
ctissim⁹ qui ē conceptus forme simpliciť τ quidditati/
uus: ut dum cõcipim⁹ hominem simpliciť abstrahen/
do ab istis omnib⁹. τ forma taliter abstracta si eēt in
re s̄m illam denudationē quā habet in intellectu cõ/
cipiēte illo sexto mõ plurificari nõ posset. sic ğ intelli/
gēdū est q̄ forma abstracta a materia plurificari nõ
potest. τ ꝓpositio sic intellecta ē per se nota. non aūt
intelligēdo abstractionem a materia que est pars cõ/
positi. ¶ 2⁰ dicit illā positionē deficere in h q̄ ait ex h
filiationem nõ posse plurificari in deo sc3 ex imateri/
alitate. s̄m h enim non plus repugnabit filio in diui/
nis plurificari q̄̃ Michaeli uel cuilibet angelo qui
s̄m te plurificari nõ potest. quia est forma abstracta.
s3 hoc est absonum. qñ in angelis saltem est ratio ge/
neris τ speciei q̄̃uis non sit nisi vnum indiuiduum in
vna specie s̄m te. constat aūt q̄ a filiatione nõ potest
abstrahi cõceptus specific⁹ aut generis. qz non ē ge/
nus aut species in diuinis. ergo rõ illa nõ est causa il/
lius implurificabilitatis quā habet filiatio. ¶ 2⁰ quia
effectus ꝓprius debet reduci in causam ꝓpriam. sed
non plurificari ꝓpriū est filio τ spiritui scõ tali modo
qd̃ nõ cõpetit alicui creato. nulla nāq3 creatura sic ē
multiplicabilis sicut diuine relationes. ğ non debuit
assigñri ꝓ causa abstractio que cōis est creaturis. ¶ 3⁰
loco dicit istam positionē deficere. qñ dici posset q̄
h⁹ filiationes non essent in eodē subiecto. nõ eni eēn/
tia est subiectū ꝓpetatū s3 supposita. ergo quot erūt
filij tot erūt subiecta τ sic filiationes distingui pote/
runt penes illa. ¶ 2⁰ quia plures paternitates sunt
in eodē sorte ad plures filios τ plures similitudines i

eodem albo ad plura coalba. sed iste sūt eiusdem rõ/
nis τ solo numero differētes. igiť ex hac ratione non
tolliť qn plures filiationes poni possint in deo. ¶ 3⁰
Tales filiationes plures eēnt inter alios τ alios ter/
minos τ ita haberent quo distinguerenť ad inuicem
esto q̄ non per subiecta. ergo non apparet q̄ illa ra/
tio sufficiat. ¶ Pro h arguit Scotus. 5⁰ metaphisice
ꝓbādo q̄ multa accidentia vni⁹ speciei possunt esse
in eodem subiecto. Primo principaliter. quia in eadē
pte diaphoni sūt plura lumina creata ex diuersis lu/
minosis. Si dicať q̄ nõ sunt plura lumina sed ex illis
fit vnum. Contra ibi sunt diuersa agentia sc3 plura
luminosa. ergo plures actiões τ plures effect⁹. ¶ 2⁰
quia plures species eiusdem rationis sunt in oculo τ
in fantasia. Diceť q̄ nõ sūt i eadem pte oculi. Cõtra
viso vno albo si in eodem situ poniť aliud album ibi
essent due species albedinis i eadē parte oculi. Nec
valet si dicať q̄ non erūt ibi due species s3 precedēs
augeť. hoc inquam nõ valet. quia si ꝑmo videť albū
intensū: τ post albū remissum. si species illius albi re/
missi augeat precedentem. tūc species repñtans al/
bū remissū erit intensior q̄̃ species repñtans albū
intensū. qd̃ est ɔtra sensum. Item accñs intentionale
abstrahit a situ τ dimēsione s̄m se τ ab actione expel/
lentis siue ɔtraria. sed ex talib⁹ videtur causari repu/
gnātia duoꝝ in eodē subiecto. ¶ 3⁰ ꝑncipaliter. quia
idem pater numero habet plures filiationes. cū re/
latio numereť numeratiõe termini. Si dicať q̄ ē ea/
dem paternitas q̄ refertur ad plures filios. Contra
quia tunc corrupto vno filio maneret illa eadē rela/
tio i numero q̄ referebať. ergo maneret termin⁹: qd̃
est cõtra positionē. ul' maneret relatio destructo ter/
mino. uel eadē relatio maneret τ nõ maneret. Item
eadem rõne paternitas sortis τ platonis possent ter/
minari ad eundem filium ita q̄ haberent eundem fi/
liū probať. quia s̄m te qz eadem paternitas numero
terminatur ad diuersos filios. igitur a simili eadem
filiatio terminari pōt ad plures patres. ¶ 4⁰ princi/
paliter. idem subiectum in numero est in potentia ad
plures albedines succedentes diuersis temporibus
ergo habet simul diuersas potentias ad illas albedi/
nes. Si dicať q̄ est eadem potentia in numero. Cõ/
tra. quia tunc cum vna albedo corrumperetur alia
non corrupta. similiter potentia. τ tūc idem numero
manet τ non manet. ¶ Pro hoc etiam arguit Adam in
2⁰ multipliciter. Primo quia duo lumina simul coex/
tenduntur in medio. cuius probatio est. quia posita
vna candela tm̃ in domo de nocte illuminatur dom⁹
remissius q̄̃ si plures de illa ponantur τ vna de illis
subtracta postq̄̃ posite fuerint patet sensibiliter q̄
lumen remittitur. τ cum candela apponitur dato q̄
sint in omnibus similes non corrūpit lumina prieta
nec ꝑoris candele. nec etiā ipsius subtractio est tot⁹
luminis uel oīu3 luminū corruptio. Itē dū sūt simul
ista luminaria in diuersis partib⁹ domus si ponatur
obstaculū in medio domus quelibet cādela habebit
vmbram suam ex opposito talis obstaculi directe τ
tamē alia cādela ibidem illuminabit. τ tū sensibiliter

patet in tali casu ꝙ lumē est i loco cuiuslibet istarum vmbrarum remissius ꝙ̄ in illa pte dom⁹. cuius cām non est possibile assignare vbiqꝫ ꝫ bonā. nisi ꝙ licꝫ tota vmbra illuminet ab aliqua uel aliquib⁹ istarū candelarū. non tñ ab ista cuius vmbra ibi ꝑducit per obstaculū. ꝛ ideo fit ibi lumē remissi⁹ ꝙ̄ vbi lumina omnia simul cōcurrūt. ergo vbi sic cōcurrunt in agendo ibi sūt plura lumina creata ꝙ̄ alibi. Item sol ꝑ accessum suū cōtinuū. uel etiā candela facit plus de lumine in parte ad quā sic cōtinue accedit ꝙ̄ prius fuerit ꝛ hoc non facit corrūpendo totū lumen ꝑcedēs. nec sine ꝑductione noui luminis. ergo sūt ibi plura lumina. ꝛ qua ratione duo lumina simul coextendūtur i medio pari ratione ꝛ duo calores i calefactibili. ꝛ sic de aliis. ¶ 2⁹. qꝛ simul pōt homo intelligere sortē ꝛ platonem ꝛ nō vnica intellectione indiuidualiter ꝛ distincte naturalit̄ ante cōpositionē ꝛ diuisionem. igit̄ duabus. assūptū patet. qꝛ homo pōt habere de ipsis tales noticias simul ꝙ sciat uel credat sortē distingui a platone virtute taliū simplicium noticiarū. ¶ 3⁹. quia noticia sensitiua nō est vniuersalis. igit̄ tm̄ vni⁹ repsentatiua. igit̄ qñ vident̄ duo alba sūt in potentia visiua simul due visiones. ꝛ hoc aliūde patet. quia licꝫ ponatur aliqḋ obstaculū inter oculū ꝛ vnū illoꝝ: nō ꝓpt̄ hoc deficit aliud videre. ¶ 4⁹. Quia recipio aliquem hoīem diligentem duos hoīes duob⁹ actibus diligendi. ex istis duob⁹ actibus generant̄ duo habitus inclinātes ad dilectionem huius ꝛ istius. ꝛ ꝙ sint duo patet. qꝛ potest perdere inclinationē ad diligendum vnū istoꝝ stante inclinatione diligendi alterū. ergo qñ inclinat̄ ad distincte diligendū vtrūqꝫ habet distinctos habitus. ¶ 5⁹. Quia vn⁹ oculus potest videre aliū sibi similē. sed hoc fieri non pōt nisi simul i medio eēt species vtriusqꝫ oculi. eodē modo qñ oēs parietes dom⁹ sunt vniformiter albi. uel quilibet eoꝝ causabit in medio speciem sui ꝛ tūc multa indiuidua vni⁹ speciei simul erūt. ul' nullus. ꝛ hoc nō. quia oculus in medio positus pōt naturaliter videre quēcūqꝫ istoꝝ ꝛ hoc non fit naturaliter sine specie rei visibilis recepta i oculis: ꝛ sic pari rōne causant̄ ibi species in aere in posito. ¶ 6⁹. Quia i speculo posito in tali medio patet per experientiā ꝙ quilibet istoꝝ parietum essentialit̄ repsentat̄. igit̄. ¶ 7⁹. Quia lumen reflexū ſm numerum est aliud a lumine incidēte. qꝛ hō qñqꝫ pōt inspicere solē ꝑ lineā reflexā a speculo. qñqꝫ non potest ꝑ lineas incidētes. igitur lumē incidēs ꝛ lumē reflexum sūt diuersa lumina. quia aliter eque fortit̄ imutarēt hominē ad videndū solem. qḋ patet eē falsum cū vnū sit bene tolerabile: ꝛ aliud intolerabile oculo qñqꝫ. ¶ Confirmat̄. quia in casu interponi pōt obstaculū inter solē ꝛ oculum: ꝛ tamen nō interponi inter solem ꝛ speculū. ꝛ per ꝯñs ibi non videbit̄ sol ꝑ lumē incidēte. sꝫ solū per reflexū ꝛ tamē illa duo lumina non sūt diuersarū specierum. ¶ Confirmatur iterum. quia lumē reflexū est debilius incidente ut docet experientia. ꝛ innuit̄ 2⁹ de aīa. igit̄ sunt distincta. ꝛ tamē in aliqua pte medii cōcurrūt. ex quib⁹ cōcludit ꝙ nulla ē repugnātia multa accidentia eiusdē speciei eē simul in eodē subiecto adequato. ¶ Hugo de castro similiter arguit: ꝙ sub vna specie possūt eē plura indiuidua non distincta per materiā: necꝫ per subiectū. quia angelus pōt modo hr̄e intellectionem de lapide. ꝛ hac intellectione desistēte potest iterum habere intellectionem de eodē lapide. iste due intellectiones sūt eiusdē rationis ut patet. quia obiectum est eiusdē rationis: nec distinguūtur per materiā nec per subiectū nec ꝑ obiectū ut patet. ergo aliqua solo numero distinguūtur que nō distinguūtur nec ꝑ materiā nec subiectū nec per quātitatē. ꝛ ꝑ ꝯñs oportet ꝙ seipsis formaliter ꝛ intrinsece distinguātur. ¶ Dicetur forte ꝙ iste due intellectiones differūt ex tpe cōnotato scꝫ ex eo ꝙ sibi succedūt in coexistentia ad aliam ꝛ aliam partem temporis. sed ex hoc videt̄ haberi ꝓpositū scꝫ ꝙ saltem in quadam successione in separatis a materia possūt esse plura sub eadem specie distincta solo numero differentia ꝛ ꝑ ꝯsequēs cū coexistentie eoꝝ non repugnēt nec opponātur int̄ se possunt simul manere ꝛ esse deo ꝯseruante. ¶ 4⁹ loco dicit Aureolus istam positionē deficere. quia expresse est contra tres articulos parisius excōicatos. ꝑrimū quidem qui dicit ꝙ quia intelligentie nō habēt materiam. ex hoc de⁹ non posset plures eiusdem speciei facere. error. 2ᵐ vero qui dicit ꝙ deus nō potest multiplicare indiuidua sub vna specie sine materia. error. 3ᵐ vero qui ait ꝙ forme non recipiant diuisionē nisi ꝑ materiam. error. nisi itelligatur de formis eductis de potentia materie. hec ille. ¶ Contra omnes istas ꝓnes ꝛ sīgnter ꝯtra ꝑmam potest argui probādo ꝙ in diuinis possint esse plures filii. Arguitur enim sic. Omni potētie ꝑductiue corrūdet aliqḋ ꝑductibile. sed in filio est potentia generatiua ut dicit Aug⁹. s. ꝙ filius non genuit: non quia nō potuit. sꝫ quia non oportuit. Et iterū argumētū Henrici est ꝙ pater eēt potētior filio: si fili⁹ nō potest generare. ergo videt̄ ꝙ potētie generatiue existenti i filio correspondeat aliquod generabile. ꝛ ꝑ ꝯsequēs alius fili⁹ ¶ 2⁹ sic. In omni perfecta intelleciōe debet emanare verbum. sed filius ꝛ spūs sanctus eque perfecte intelligūt sicut pater. ergo filius intelligendo producet verbū. ꝛ ꝑ ꝯsequens erunt ibi plures filij ꝛ plura verba i diuinis. ¶ 3⁹. Ex infinita bonitate patris procedit ꝙ coīcet seipsū filiū ꝑducendo. sed eque bon⁹ est fili⁹ sic pat̄. ergo videt̄ ꝙ coīcet se ꝑducēdo filium et filiū spm̄ scm̄ aliā psonā ꝑducēdo. ¶ 4⁹. nō ꝓpt̄ aliud videt̄ ꝙ nō sint ples filij i diuinis nisi qten⁹ distingui nō possēt. sꝫ hoc nō impedit. qꝛ si eēnt plures adhuc distinguerent̄. semp enī ꝑcedēs distingueret̄ a subsequēte ꝑ coopposita relatione originis puta ꝑ gn̄are ꝛ gn̄ari Ulteri⁹ etiā distigueret̄ a ꝑmo p̄re. qꝛ eēt tm̄mō genitus. p̄r ꝟo ꝑm⁹ tm̄mō gn̄ans. medij aūt eēnt gn̄antes ꝛ geniti. ergo nō apparet q̄re nō p̄nt esse plures filij in diuinis. ¶ 5⁹. Quia posse gn̄are est aliq̄ dignitas patris imo etiā genuisse filiū deum ē dignitas. sed dignitas omnis est filio dei attribuenda. ergo ipse pōt gn̄are. imo gn̄at filiū sibi eq̄lem. ¶ 6⁹. plus dicit 4⁹ metheoroꝝ ꝙ perfectum ē vnūquodqꝫ qḋ pōt sibi simile gn̄are.

Sed constat q filius e summe perfectus. ergo potest sibi similem generare. ¶ 7° cum deus sit infinitus simpliciter debet habere omnem modum infinitatis. sed infinitas numeralis e quidam modus infinitatis sicut et infinitas perfectionis. ergo sicut in deo est infinitas perfectionis ita debet esse in eo infinitas numeralis et sic in eo erunt infiniti filii.

Ad primum contra secundam conclusionem dicitur q arguens false imponit sancto doctori ipsum sensisse omnem plurificationem individuorum unius speciei fieri immediate per materiam quantitati subiectam. hoc enim sanctus Tho. numquam sensit. cum ipse ponat 2° contra gentiles ca° 75. q species intelligibiles individuantur per subiectum quod est intellectus possibilis. sicut et omnes alie forme. Ibidem etiam vult q scientia individuatur per subiectum. et ideo scientia magistri et discipuli non sunt eadem numero: sed diverse. Ex quo patet q cum dicit formas unius speciei non distingui numero nisi per materiam. large accipit materiam pro omni subiecto uel susceptiuo et non solum pro materia quantitati subiecta. verumtamen dico q mens eius fuit q forma substantialis non plurificatur immediate secundum numerum infra eandem speciem nisi per materiam quantitati subiectam non qualibet sed signatam. unde in de veritate. q. 2. arti. 6° ad primum dicit. Tam materia inquit intelligibilis que scilicet consideratur in natura concipi quam materia sensibilis scilicet naturalis dupliciter accipitur scilicet ut signata et ut non signata. et dico signatam secundum q consideratur cum determinatione harum dimensionum uel illarum. non signatam autem secundum q consideratur sine determinatione dimensionum. Secundum hoc ergo sciendum est q materia signata est principium individuationis a qua abstrahit omnis intellectus secundum q dicitur abstrahere ab hic et nunc. hec ille. vnde ad istud dubium quod in forma videtur soluere in tractatu de principio individuationis qui incipit. Quoniam due sunt potentie. ait enim sic in fine illius postquam dixerat q et materia et quantitas sunt principia individuationis. Pot inquit hic obiici q materia communis est de natura sua sicut forma cum possit vna sub pluribus esse. vnde hec communitas sua videtur impedire eam ne sit principium individuationis. Sed sciendum q impossibile est formam vniri materie quin sit particularis et quin sequatur quantitas determinata: per quem modum materia non e vltra communicabilis alicui alteri forme. quia hec quantitas cum aliqua forma reperiri non potest cum eadem determinatione: ideo materia non est communicabilis secundum eandem rationem sicut forma. Ratio enim materie sub forma aliqua est alia a ratione sua sub alia forma. quia ratio sua certificatur per determinationem quantitatis que diversa ratione et diversa requiritur ad alias et alias formas. essentia tamen materie non diversificatur sub diversis formis sicut sua ratio. Ratio enim materie non e vna et communis sicut sua essentia. sed diversa ratio est. et ideo communitas materie secundum essentiam tantum et non secundum eandem rationem non impedit eque esse principium individuationis. hec ille. Ex quibus patet q materia que e principium individuationis et distinctionis secundum numerum infra eandem speciem non pot concipi conceptu communi sicut arguens supponit. et ad probationem que ibi adducitur. quia in ratione hominis includitur corpus organicum etc. Dicitur q materia signata si concipiatur secundum q est in se numquam pot concipi in communi plus quam Sortes secundum q in se est. sed in habitudine quadam generali ad formam aliquam. et non solum contingit ista deceptio in hoc de quo loquimur. immo in multis aliis et presertim de formis a materia separatis. secundum enim q ait sanctus Tho. prima parte. q. 13. arti. 9°. Forme que non individuantur per aliquod suppositum sed per seipsas. quia scilicet sunt forme subsistentes. si intelligantur secundum q sunt in seipsis non possunt communicari nec re nec ratione: sed forte secundum similitudinem tantum. sicut dictum est de individuis. aliquis enim metaphorice pot dici Achilles secundum q aliquid participat de proprietatibus Achillis. sed quia formas simplices subsistentes non possumus intelligere secundum q sunt. sed intelligimus eas per modum rerum compositarum habentium formas in materiis: ideo imponimus eis nomina concreta significantia naturam in aliquo supposito et sic sunt communicabiles secundum rationem. Forma enim in supposito singulari existens per quod individuatur communis est secundum rem ut humanitas. uel secundum rationem ut natura solis. hec ille. Ubi intendit q nihil quod ex se individuum e et incommunicabile. si intelligatur secundum q in se est intelligitur vniversaliter: immo omne nomen impositum ad signandum aliquod tale secundum q in se incommunicabile est re et ratione sicut nomen Sortis ut Sortes e: sic in proposito. quia materia signata certis dimensionibus incommunicabilis e. Ulterius nec ipsa pot intelligi conceptu communi: nec significari nomine communi si intelligatur uel significetur ut in se est. quia autem materiam secundum se non cognoscimus sed in habitudine ad actum uel formam. ideo improprie ipsam intelligimus et significamus nomine communi: puta hoc quod dico corpus organicum quod dat intelligere subiectum forme taliter figuratum. et habens membra convenientia ad exercendum opera vite. hoc enim non est intelligere materiam signatam ut in se est hec. sed in quadam generali habitudine ad formam: et hoc sufficit pro responsione primi. quia hec est falsa. Ad intellectum vero maioris. ¶ Ad 2m dicitur q procedit ex falso intellectu ac si sanctus Tho. ponat q materia sit formale distinctiuum formarum unius speciei uel habitudo aliqua seu relatio ad materiam. hoc enim sanctus Tho. non intelligit: sed solum q materia est vnum de necessario requisitis ad initiandum individuationem formarum et distinctionem eorum secundum numerum loquendo de formis receptibilibus in materia. formale vero individuatiuum et distinctiuum formarum vnius speciei est commensuratio ad diversa susceptiua quam commensurationem credo intelligit acquisitam in materia: et q ita sit mens eius patet ex illis que ponit. 2° contra gentiles. ca° 79. Quecumque inquit oportet esse simul proportionata et coaptata simul recipiunt multitudinem et vnitatem vnumquodque ex sua causa. si igitur esse vnius dependeat ab altero vnitas uel multiplicatio eius etiam ex illo dependet aliogn ex alia causa intrinseca. Formam autem et materiam semper oportet ad invicem esse proportionata et quasi natura-

liter coaptata. quia proprius act⁹ in propria materia fit vnde semper oportet quod materia et forma consequantur se inuicem in multitudine et vnitate. si igitur esse forme dependeat a materia. multiplicatio ipsi⁹ a materia dependet: et similiter vnitas. sin autem. erit quidem necessarium multiplicari formam secundum multiplicationem materie. i. simul cum materia in proportione ipsius. non autem ita quod dependeat vnitas vel multitudo ipsius forme a materia. ostensum est autem quod anima humana est forma secundum suum esse a materia non dependens. Unde sequitur quod multiplicantur quidem anime secundum quod multiplicantur corpora. non tamen multiplicatio corporum erit causa multiplicationis animarum. et ideo non oportet quod destructis corporibus cesset pluralitas animarum. hec ille. Istud autem declarat amplius primo sen. dis. 8. q. 5. arti. 2. ad. 6ᵐ. In anima inquit non est aliquid quo ipsa indiuiduetur. et hoc intellexerunt qui negauerunt eam esse hoc aliquid. et non quod non habeat esse per se absolutum. et dico quod non indiuiduatur nisi ex corpore. vnde impossibilis est error ponentium animas prius creatas et post incorporatas. quia non efficiuntur plures nisi secundum quod infunduntur pluribus corporibus. sed quamuis indiuiduatio animarum dependeat a corpore quantum ad suum principium. non tamen quantum ad suum finem. ita quod scilicet cessantibus corporibus cesset indiuiduatio animarum. Cuius ratio est. quia cum omnis perfectio infundatur materie secundum suam capacitatem natura anime infunditur diuersis corporibus non secundum eandem nobilitatem et puritatem. vnde in vnoquoque corpore habebit esse terminatum secundum mensuram corporis. hoc autem esse terminatum quamuis acquiratur anime in corpore. nec tamen ex corpore nec per dependentiam ad corpus. vnde remotis corporibus adhuc remanebit vnicuique anime esse suum terminatum secundum affectiones vel dispositiones que consecute sunt eam prout fuit perfectio talis corporis. et hec est solutio Auicen. et potest manifestari per exemplum sensibile. Si enim aliquid vnum non retinens figuram distinguatur per diuersa vasa sicut aqua. quando vasa remouebuntur non manebunt proprie figure distincte. sed remanebit vna tantum aqua: et ita est de formis materialibus que non retinent esse per se. si autem sit aliquid recipiens figuram quod distinguatur secundum diuersas figuras: vel diuersa instrumenta. etiam remotis illis remanebit distinctio figurarum. ut patet in cera. et ita est de anima que retinet esse suum post corporis destructionem quod manet in ipsa esse indiuiduatum et distinctum. hec ille in forma. Et 2° contra gentiles vbi s. Multitudo animarum a corporibus separatarum consequitur quidem diuersitatem formarum secundum substantiam. quia alia est substantia huius anime et alia illi⁹. non tamen ista diuersitas procedit ex diuersitate principiorum essentialium ipsius anime nec est secundum diuersam rationem anime. sed est secundum diuersam commensurationem animarum ad corpora. hec enim anima est commensurata isti corpori. et illa alteri et non isti: et sic de omnibus. huiusmodi autem commensurationes remanent in animabus etiam pereuntibus corporib⁹ sicut et ipse substantie earum manent quasi a corporibus secundum esse non dependentes. sunt enim anime secundum suas substantias forme corporum. alias accidentaliter corporibus vnirentur. et sic ex anima et corpore non fieret vnum per se: sed vnum per accidens. Inquantum autem forme sunt. oportet eas esse corporibus commensuratas. vnde patet quod ipse diuerse commensurationes manent in animabus separatis: et per consequens pluralitas. hec ille. Ex quibus omnibus patet quod formale distinctiuum anime ab anima in eadem specie et formale indiuiduatiuum est commensuratio eius ad tale corpus ita quod illa commensuratio dicit mihi esse et actualitatem qua anima formaliter est tali corpori coaptata: et illud est quo anima formaliter indiuiduatur et illud non indiuiduatur vlterius per aliquid aliud. sed est ratio indiuiduandi formam. corpus autem vel materia non indiuiduat animam formaliter: sed potius tanquam subiectum necessario requisitum ad hoc quod anima recipiat indiuiduationem. non autem ad hoc quod sit indiuidua. ¶ Ad 3ᵐ dicitur quod idem est dicere vn⁹ homo et aliquis homo. et iste homo. ad hunc sensum quod illa tria dicuntur de eadem re et se consequuntur quantum ad existentiam et quantum ad generationem et corruptionem. sed non est idem dicere homo et iste homo sic quod per idem formaliter sortes sit homo et iste homo. vnde sanctus Tho. prima parte. q. xi. arti. 3. dicit. Per aliud sortes est homo. et per aliud iste homo. illud enim vnde sortes est homo potest multis conuenire. sed illud vnde est hic homo: non potest conuenire nisi vni tantum. hec ille. Per quid autem sortes sit hic homo ostendit ipse in multis locis manifestando quid sit principium indiuiduationis. vnde 3ª parte. q. 77. arti. 2. dicit. De ratione indiuidui est quod non possit esse in pluribus. quod quidem dupliciter contingit. Uno modo quia non est natum esse in aliquo. et hoc modo forme immateriales separate per se subsistentes sunt etiam per seipsas indiuiduate. Alio modo ex eo quod forma substantialis vel accidentalis est quidem nata in aliquo esse: non tamen in plurib⁹ sicut hec albedo que est in hoc corpore. Quantum ad primum: materia est principium indiuiduationis omnibus formis inherentibus. quia cum huiusmodi forme quantum est de se nate sint esse in aliquo sicut in subiecto ex quo aliqua earum recipitur in materia que non est in alio nec ipsa forma sic existens potest in alio esse. Quantum autem ad 2ᵐ dicendum est quod principium indiuiduationis est quantitas dimensiua. ex hoc enim aliquid natum est esse in vno solo quod illud est in se indiuisum. et ab omnib⁹ aliis diuisum. Diuisio autem accidit substantie ratione quantitatis ut dicitur primo physicorum. et ideo quantitas dimensiua est quoddam indiuiduationis principium formis inquantum. s. diuerse forme numero sunt in diuersis partib⁹ materie. vnde ipsa quantitas dimensiua secundum se habet quandam diuisionem ita quod possum⁹ imaginari plures lineas eiusdem speciei differentes positione que cadit in ratione quantitatis huiusmodi. conuenit enim dimensioni quod sit quantitas positionem habens. hec ille. Idem ponit 4° sen. dis. 12. q. 1. arti. 3. questiuncula 3ª ad 3ᵐ. vbi sic ait. Duo sunt de ratione indiuidui. scilicet quod sit ens actu in se vel in alio. et quod sit diuisum ab aliis que sunt vel esse possunt in eadem specie

in se indiuisum existens. ⁊ ideo p̄mū indiuiduationis p̄ncipium ē materia qua acquirit̄ esse in actu cuilibet tali forme siue substātiali siue accidētali. ⁊ secūdariū principiū indiuiduationis ē dimensio. quia ex ipsa hꝫ materia ꝙ indiuiduetur. vnde in carentibus dimensione impossibile est esse aliā diuisionem nisi per formam que facit diuersitatem speciei. ⁊ ꝓpter hoc in angelis sunt tot species quot indiuidua. quia cū sint forme subsistentes ex seipsis habēt esse in actu ⁊ distinctionem. ⁊ ideo non indigent ad sui indiuiduationem neqꝫ materia neqꝫ dimensione. Si aūt quātitas siue materia haberet esse in actu ꝑ se haberet indiuiduationem. quia per se haberet illam diuisionem ſm quā diuidit̄ materia ⁊ sic vna pars differret ab alia non specie sed numero ſm ordinem qui attendit̄ in situ partiū. ⁊ similit̄ vna linea differret ab alia numero dum tū acciperent̄ in diuerso situ. hec ille. Ex quibꝰ patet ꝙ aliud ē illud quo sortes est hic homo uel indiuiduū. ⁊ aliud illud per quod ē homo. vnde Ar. in illo loco non intēdebat quin ꝑ aliud sortes sit iste homo ꝙ̄ vnus homo uel aliqs homo uel ens homo. ita ꝙ indiuiduatio nihil addat ad vnitatem uel entitatē: sed ecōtra intēdit ꝙ vnitas rei uel eius entitas nihil addit ad indiuiduū singulare licꝫ ecōtra aliud sit p̄ncipiū indiuiduationis ꝙ̄ entitatis uel vnitatis rei. qditas enim hominis est ens ⁊ vna nō per aliud additum. sꝫ ad hoc ꝙ indiuiduetur requiritur aliqd extra quidditatē. ¶ Ad 4ᵐ diceret sanctꝰ Tho. ꝙ in celo est materia licꝫ sit alterius rationis ꝙ̄ materia horū inferiorum. hoc enim ipse ponit expresse p̄ma pte. q. 66. arti. 2° vbi etiam negat dictū Auerrois. Item in scripto sup. 8° physicoꝝ in 1° ca° Qr autē necesse est impartibile ⁊c̄. Auerrois inquit dicit corpus celeste non esse cōpositum ex materia ⁊ forma quasi potentia ⁊ actu. sed dicit ipsum eē ut actu existentē. Et formā eius dicit animā ipsius. ita tū ꝙ non constituatur in esse per formā sed solum in moueri: ⁊ sic dicit in eo non esse potentiā ad non esse. sed solū ad esse sicut dicit phs. 12°. metaphisice. ⁊ hoc ꝟitati repugnat ⁊ intētioni Ar. Ueritati quidē multipliciter. Primo quia dicit corpus celeste non esse cōpositum ex materia ⁊ forma: hoc enim oīo est impossibile. manifestū est eni corpus celeste eē aliqd actu alioquin nō moueretur qd̄ enim est in potētia tm̄ non ē subiectū motus ut in 5° habitum est. oportet autē omne quod est actu uel esse formā subsistētē sicut sūt forme separate uel habere formam ī alio quod quidē se habet ad formā sic materia ⁊ sicut potentia ad actum. nō aūt potest dici ꝙ corpus celeste sit forma subsistēs. quia sic esset intellectum in actu non cadens sub sensu nec sub qualitate. relinquitur ergo qd̄ est cōpositū ex materia ⁊ forma ⁊ potētia ⁊ actu ⁊ sic ē in ipso quodāmodo potentia ad esse. hec ille. Et idem ponit 2° sen. dis. 12. q. p̄ma arti. p̄. ⁊ in multis alijs locis. ⁊ ita fuit mens phi ut patet legenti dicta ipsius. Nam Ar. 12. metaphisice. pticula. 2ª. ſm sīgtioné cōmētatoris sic ait in p̄ncipio. Et omnia que trāsmutant̄ habent materiā: sꝫ diuersam. oīa igit eterna que sunt non generabilia: ⁊ mouentur ſm translationem habent materiam sꝫ nō generatā: sed ex vbi ad vbi. hec ille. Super quo verbo dicit cōmētator. Et si omnia que trāsmutant̄ habent materiam sicut dicimus. sed nature materiarū diuersificant̄ ſm modos nature trāslatiōis. materia autem generabiliū est in potentia. translatorum aūt in actu cū trāslatum sit aliquid actu. ⁊ ideo cum illud quod est translatum nō fuerit generabile nec corruptibile non habebit materiam quā habet generabile ⁊ corruptibile: ⁊ est illa que ē in potentia. omnia enim eterna que non sunt generabilia si mouent̄ motu ſm trāslationem habent mām. sed nō materiam generabilium sed materiā eorum que mouent̄ de vbi ad vbi. ⁊ ex hoc videtur corpus celeste non habere potentiam diuisibilem ſm diuisionem corporis scꝫ formam materialem. nam si ita esset: esset in eo materia que est in potentia. ⁊ iam declaratū est ꝙ nullū eternum habet potētiam ut corrumpatur in 2° celi ⁊ mūdi. Auicenna aūt errauit in hoc ꝙ dicit ꝙ materia q̄ est in potentia existit in omnibꝰ corporibꝰ. hec ille cōmentator in forma. Ex quo patet ꝙ solum negat in celo materiam que sit in potentia ad formam quam non habet. sed solum ad vbi: licꝫ forte alibi dicat oppositum. Cū autē arguens dicit ꝙ mens phi ponentis illam ꝓpositionem scilicꝫ: omnis forma abstracta a materia ē implurificabilis ſm numerum: fuit loqui de abstractione a materia non prout materia ē pars cōpositi. sed prout generaliter materia nominat omne additum nature specifice. Mirum est vnde venit ista mirabilis glosa textū destruēs. qd̄ apparet. nam cōmentator. 12° metaphisice. cōmēto. 49. sic ait. Qd̄ est vnum in specie ⁊ plura in numero habet materiā. sed declaratum est ꝙ principium celi non habet materiam: hec sunt verba eius. Ex quo patet ꝙ illa materia est causa plurificabilitatis indiuiduorum in eadem specie ſm mentem cōmentatoris ⁊ Ar. quam probauerunt nullo modo esse in primo motore uel in p̄ncipio celi. In tota ꝟo serie libri metaphisice nusꝙ̄ reperitur ꝙ phus aut cōmentator probent in primo principio non esse materiam nisi loquendo de materia per quam aliquid est in potentia ad esse uel non esse: aut ad vbi uel ad formā. ⁊ ideo si talis distinctio de materia sit de mēte Ar. cū ipse nusꝙ̄ probet materiam talibus modis acceptam non eē in primo p̄ncipio. non sufficienter ꝓbat primum principium non plurificari ſm numerum. vnde particula. 31. 12° metaphisice vbi probat materiam non esse in primo p̄ncipio loquitur in hec verba. Quoniā inquit quod est in potentia possibile est ut non sit ens. necesse igitur est ut tale principium sit substātia que est actio. ⁊ etiam ut iste substantie sint entitates extra materiam cum necesse sit ut sint eterne. hec Ar. vbi cōmentator recitat ⁊ approbat cōmentū Alexandri super eodem loco dicentis. Si primum principium fuerit in potentia substantia: possibile est ut non sit ens simpliciter. id est ꝙ corrumpatur ī aliqua hora. hoc quidē determinatū est in nālibꝰ ꝙ oē illud cui inest admiscet̄ potētia ē gn̄abile ⁊ corruptibile. ⁊ si fuerit in

potẽtia motor in loco. possibile ẽ ut nõ moueat. Un-
de necesse est ut isti motori nõ admisceatur potentia
oio neq̃ in substantia neq̃ in aliquo modorũ poten-
tie. & hoc intendebat Ar. cum dicit. Necesse est igit
ut talis substantia sit actio. quia causa potentie in re-
bus in quibus est potẽtia ẽ materia: ut dictum ẽ in na-
turalibus. & quia iste substantie sunt mouentes sine
aliqua potentia. necesse est ut sint sine omni materia
cum necesse ẽ ut sint eterne. omne enim eternum est
actio pura: & omne quod est actio pura nõ habet po-
tentiam. hec cõmentator. Ex quo patet quam mate-
riam negat in pmo motore & in substantijs separatis
non enim p materiam intelligit omnẽ rationem acci-
dentalem quidditati. quia cum mouere celũ sit quid
accidentale rationi quidditatiue substantie separate
iam talis substantia nõ careret materia. cuius oppo-
situm intendit probare. sed potius per materiã intel-
ligit illud de quo in naturalibus locutus est. ut patet
per expositionẽ cõmenti. tum quia licz Ar. in. 12.º me-
taphisice distinguat de duplici materia scz de mate-
ria generabili: & de materia q̃ est potẽtia ad vbi. pre-
sertim pticula decima ut s. extitit allegatũ. verũtñ
nunq̃ in toto illo libro sit mentio de tali acceptione
materie quã iste imponit Ar. Et ergo videtur q sua
glosa potius dicenda est fictio q̃ expositio salua pa-
ce. Et ex abũdanti q phus loquitur de materia sub-
iecta quãtitati. pz. nã 3.º metaphisice. particula. xi. scdm
sigtionem cõmentatoris Ar. dicit ita. Omne diuisi-
bile diuiditur aut scdm quantitatem: aut scdm formam.
Et qđ diuiditur scdm quantitatem est ante illud quod
diuiditur scdm formã. & genera diuidũtur scdm formam
& forma diuiditur scdm quantitatẽ. erit igit vnum pre-
dicabile postremũ magis vnũ q̃ aliud. homo enĩ nõ
est genus cuilibet hoi vnũ. hec Ar. vbi Auerrois. com-
mento. xi.º dicit in principio cõmenti: q Ar. ibi ingrit
an species specialissima magis sit dicenda esse prin-
cipium q̃ genus. Et arguit Ar. q species magis de-
beat dici pncipium. vnde verba cõmentatoris sunt
hec. Illud qđ diuidit scdm formã & ẽ primũ genus: di-
uidit in aliqd quod est vnum scdm formã. & vnum scdm
formam puenit diuisio in eo ad vnum scdm quãtitatẽ
& ideo illud quod ẽ diuisibile scdm quantitatẽ est magis
vnũ q̃ illud quod est diuisibile scdm formã. & cum ita
sit illud quod ẽ minoris diuersitatis est propinquius
nature vnius quod est causa multitudinis. quod ẽ igit
minoris diuersitatis est prius illo quod est pluris di-
uisibilitatis. species igit vltima ẽ prior omnibus supe-
rioribus. verbi gratia. homo qui diuidit in homines
indiuisibiles nõ in species. hec cõmentator. Item. 7.º
metaphisice cõmento. 35. dicit sic. Omnia diuidunt
in suas partes scdm quãtitatem diuisione rerũ per su-
as materias. i. diuisione speciei in indiuidua. hec ille.
Ex quo clare patet q diuisio speciei in indiuidua est
per quantitatem & materiam scdm cõmentatorem. Ex
quibus dictis tam phi q̃ cõmentatoris patet mani-
feste q omnis diuisio uel distinctio est aut per quan-
titatem aut per formam. & q distinctio per formã cõ-
petit solum generi. & cõstituit diuersas species. diui-
sio per quãtitatẽ conuenit speciei: & constituit multa
indiuidua. Ex quo vlterius apparet q diuisio for-
me substantialis in multa indiuidua non sit nisi p ma-
teriam quãtitati subiectã. quãtitas enĩ non recipitur
in substantia q̃ caret materia. Preterea c̃ glo. istius sic
dicentem de materia arguo presertim c̃ 3m membrũ
sue distinctiõis vbi ponit q natura specifica subẽ se-
parate puta Gabrielis aut Michaelis indiuiduat p
materiã quã dicit nõ esse alterã partẽ cõpositi. sz po-
tius particularitatẽ certam & determinatã sine situ &
quantitate aut sigtione. Quero enim quid intelligit
arguens p talẽ particularitatem. Aut enim intelligit
quidditatẽ puram: aut aliquod accidens reale illius
quidditatis distinctum ab ea realiter. aut aliquid di-
stinctũ a quidditate scdm rationem: sed idem illi scdm rẽ
aut aliquã negationẽ ɔsequẽtẽ illã qdditatẽ. Nõ po-
test dare pmã viã. qz qdditas accidit sibiipsi. nec põt
dici mã suiipsius. & iterũ si particularitas dicat qddita-
tem tñ. quot erũt tales pticularitates tot erũt qddi-
tates. & oia que differũt tali pticularitate differunt
quidditate specifica: & tũc habet propositũ q nunq̃
sub eadem materia specifica erunt plura indiuidua
inseparata a materia. quia omnia talia differunt scdm
suã quidditatem tanq̃ formali distinctiuo. Nec simi-
liter potest dare secũdam viã. quia omne accidens
preter quãtitatem indiuiduatur per subiectum. imo
nunq̃ indiuiduat suum subiectum: sed prius natura
subiectum est indiuiduatum q̃ tale accidẽs in eo re-
cipiatur. nec aliquod tale accidens habet plus rati-
onem idiuiduatiui q̃ natura specifica Gabrielis cũ
nullam dicat maiorem incõmunicabilitatem aut in-
distinctionem q̃ forma Gabrielis. Nec potest da-
re tertiam viam. tum quia in primo principio per il-
lum modum erit materia. quia primum principium
habet in se multa que distinguuntur a sua quiddita-
te scdm rationem licz sint eadem illi scdm rem scdm mentẽ
cõmẽtatoris. 12.º metaphisice. cõmento. 39. tum quia
illud indiuiduatiuũ quod taliter accidit quidditati uel
est quid relatiuũ siue relatio & tunc talis natura non
poterit indiuiduari nisi ponat eius correlatiuum si-
cut est in diuinis personis. uel est quid absolutũ & tũc
uel est eiusdem rationis cum alio absoluto quod est
indiuiduatiuũ alterius angeli eiusdem speciei aut al-
terius. Si primo mõ tunc illud nullo modo potest eẽ
ratio indiuiduandi naturam specificam plus q̃ ecõ-
tra cum vtrunq̃ sit pluribus coicabile. Si 2.º modo
tunc talis natura nõ est specifica. imo potius genus
cum ipsa diuidatur essentialiter in plura diuersarũ
rationum scilicz in diuersas formas absolutas alte-
rius rationis. Nec potest dare quartam viam. tum
quia in primo principio erit materia scdm illum modũ
nam diuinam quidditatem consequuntur multe ne-
gationes. utpote incorruptibilitas infinitas insupa-
bilitas. tum quia talis negatio si consequitur quiddi-
tatem erit vniformis in oibus indiuiduis: & sic nõ erit
ratio incoicabilitatis cũ ipsa cõmunicet. Si aũt cõ-
seqt aliqđ accidens qdditati non põt indiuiduare qd-
ditatẽ qz prius nã qdditas erit idiuidua q̃ suũ accñs.

τ consequenter prius q̄ illa negatio. τ sic patet ꝙ nō apparet modus itelligēdi materiam que indiuiduat substantias separatas. ¶ Ad argumēta 2° loco inducta dicit̄. Ad primū ꝙ ꝯña ibidē facta nulla est. nam non solum assigñt sctūs Tho. cām īplurificabilitatis filiationis diuine: carentiam materie q̄ causa cōis est etiā creatis. sʒ multas alias assigñt: ut patet ī ꝓnibus. imo est fallacia ꝯñtis. Arguit eni sic latenter. Quod est causa cur Michael est implurificabilis est causa cur filius dei est implurificabilis. ḡ qđ non est causa īplurificabilitatis Michaelis non est cā implurificabilitatis filij dei. ḡ eni assigñt aliquā cām cōmunē implurificabilitatis angeli τ verbi: non ideo negat aliā esse causam īplurificabilitatis verbi q̄ angeli. sic in ꝓposito sctūs Tho. ex similitudine creaturarum ducit nos ad aliqualiter percipiēdū cur filius dei sit implurificabilis: non tamē negat aliam causam illi⁹ implurificabilitatis esse q̄uis eam nō ponat. τ ideo nō illud sequitur quod arguēs infert ꝙ non plus repugnet filio dei plurificabilitas q̄ angelo licʒ vterq̄ sit forma quedam abstracta. tamē maioꝛ abstractio ī filio q̄ in Gabriele. vbi est quedam cōcretio esse cum essentia. esse enim Gabrielis nō subsistit: τ ideo quia in angelo differt quidditas τ esse. ꝑōt ab ipso abstrahi ꝯcept⁹ vl̄is specificus uel generic⁹. quia ꝟo in filio dei non differt esse τ quod est. ideo in diuinis non est vniuersale vllo modo. verūtñ qꝛ tam filiatio diuina q̄ natura Gabrielis subsistūt: ideo nullum eorū potest solo numero plurificari. ¶ Ad 2ᵐ patet per idem Jam eni de facto sctūs Tho. assigñt multas speciales rationes īplurificabilitatis diuine filiationis presertim illam. qꝛ filiatio in diuinis ē proprietas personalis: τ tenens locū principij indiuiduationis qđ tamen non inuenit̄ in creatis scʒ ꝙ relatio ꝯstituat personā τ distinguat eam ab alijs personis eiusdem nature. Sciendum tñ ꝙ licʒ filiatio teneat principij vicē indiuiduātis. tñ ſm ꝙ dicit sctūs Tho. ꝑ sen. dis. 7. q. 1. arti. 2° ad 3ᵐ. in hoc est differētia. qꝛ in creaturis natura cōis in vnoquoq̄ determinatur τ ꝯtrabitur ſm proprietates in illo inuentas. diuina aūt natura non contrabitur neq̄ determinat̄ per ꝓprietates suppositorum: tamen natura diuina in patre est proprietas patris. τ in filio est ꝓprietas filij. ideo autem non cōtrabitur. quia proprietas non est aliud a diuina eēntia ut adueniat sibi quasi dispositio cōtrabens. iō etiā non determinatur nec distinguit̄. quia relatio nō distinguit ſm illud quod est. τ ſm illud tñ comparatur ad essentiam que est idem re: sed ſm ꝙ ad alterum ē τ sic respicit personam τ distinguit eā. hec ille. Aliam differentiam assigñt de potētia dei. q. 9. arti. 5° ad 13ᵐ. dicit enim ꝙ in creaturis principia indiuiduātia duo habent. Quoꝝ vnum ē ꝙ sunt ꝑncipium subsistēdi. natura enim cōis de se nō subsistit nisi in singularib⁹ Aliud est ꝙ ꝑ ꝑncipia indiuiduantia supposita nature cōmunis ad inuicē distinguūtur. In diuinis autē ꝓprietates ꝑsonales hoc solū habēt ꝙ supposita diuine nature ab inuicē distinguūt. nō aūt sunt principia subsistēdi diuine essentie. ipsa eni diuina essentia est ſm se subsistens. hec ille. Ex quib⁹ patet quomodo alium modū implurificabilitatis τ indiuiduatiōis ponit sctūs Tho. in diuinis q̄ in creatis. si tamen proprie dicatur indiuiduū in diuinis. non enim conuenit deo ſm ꝙ principium ei⁹ est materia. sed solū ſm ꝙ importat incōicabilitatē. ut idem dicit ꝑma parte. q. 29. arti. 3° ad 3ᵐ. ¶ Ad ea q̄ 2° loco inducit arguens rñdetur. Ad ꝑmum quidē ꝙ distinctio suppositorū non sufficeret ad causandū distinctionem filiationis uel alterius forme: nisi essent supposita materialia ut distincta esse habentia. alias diuina essentia in patre τ filio numeraliter distinguerentur. τ spiratio in pr̄e τ filio. opoꝛtēt etiā ꝙ ipsa supposita filiationis essent prius distincta per aliq̄ absoluta: τ sic qđ nō cōpatit̄ diuina simplicitas ut in 5ª ꝯne recitatū ē. Ratio hui⁹ ꝯñe est. qꝛ si filiatio reciperet̄ in multis supposit̄ ipsa non posset esse ratio cōstitutiua. nec habere vicē differētie indiuidualis. Huic solutioni cōformit̄ loqur Egidius 2° quolibet. q. 8ª dicēs ꝙ non est verisimile ut scʒ sicut in rebus materialibus plurificantur indiuidua in eadem specie. quia recipitur eadem forma in diuersis partib⁹ materie: ita in imaterialib⁹ fit multiplicatio. quia eadem forma recipit̄ in diuersis suppositis. Non est inquit simile de supposito τ materia nam materia restringit formā. si enim forma de se nō multiplicat̄ nisi restricta ꝑ esse qꝛ mā restringit eā poterit multiplicari ꝑ materiā. suppositum aūt non restringit ipsam nisi quatenus habet materiam sui partē. sed si sit suppositū imateriale habebit perfectionē τ totale esse ſm exigentiam sue forme. videtur enim implicare cōtradictionem ꝙ forma specifica multiplicetur ſm se. hec ille ī forma. Ad istam etiam soluit instantiā Bernard⁹ de gānaco in impugñtionib⁹ henrici quolibet 2° q. 8ª. vbi dicit ꝙ aliter se hʒ forma imālis ad suppositū. τ aliter forma mālis ad materiā qꝛ forma imaterialis sic ē in suo supposito ꝙ est tota eēntia. sʒ forma materialis distinguit̄ realiter τ eēntialiter a materia. Si eni arguens soluendo ad argumentum sci Tho. intēdat ꝙ aduersari⁹ diceret filiationem sic esse in multis suppositis. uel subiect̄ sicut accñs in subiecto. uel sic ꝙ non sit illud in quo est. potet manifeste nullitas solutiōis. quia illa poneret cōpositionē in diuinis ponendo in eodem supposito aliqua realiter distincta scʒ relationē: τ illud in quo est. si autem ponat filiationē esse in multis. τ tamē ipsam esse suppositum in quo est. tūc ipsa nullo modo cōstituet suppositū cū sit cōicabilis. Sequitur etiā ꝙ idē erit rō ꝯueniētie τ distinctiōis scʒ filiatio nisi dicat̄ ꝙ illa supposita distinguant̄ ꝑ absoluta. Si dicat̄ ꝙ non est incōueniens idē esse rōnem ꝯueniētie ſm speciē τ rationē distinctionis ſm numerū. non valet. qꝛ tunc natura specifica erit ꝑncipiū distinguēdi. τ quecūq̄ distinguūtur suis naturis specificis. non solū numeraliter. imo specifice distinguūtur. sicut quecūq̄ distinguūtur sua essentia: distinguūtur essentialit̄. τ iō non conceditur ꝙ persone diuine distinguantur sua essentia ita ꝙ essentia sit quo distinguūt̄ uel formale distinctiuum ꝑsonarum. Contra etiam illam ma-

gnem que peruiendo diceret naturã specificã omnino materialem plurificari fm indiuidua per supposita uel ratioñe suppositi quã talis natura nõ habet a se sed ab agẽte. Arguit fm Bernardũ de Sanaco vbi s. tũ quia illud in quo cõueniunt plura supposita nõ est ratio distinctionis eorũ. quia illud quod distinguit vnũ ab alio sic est in vno eorũ qd nõ est in alio. sicut patz in duobus quãtis que distinguũtur a solo situ numeralit. ⁊ p cõsequẽs terminis suis distinctis. In duobus eñi quãtis sunt necessario duo situs et duo termini distincti. puta in duobus corporibus due supficies. sed ratio suppositi ita est i vno supposito sicut in alio. igit nõ est causa i diuinis suppositorũ in eadẽ specie. tum 2°. q2 cõe non contrahit nisi p aliqd cõtrahens. sed rõ suppositi est cõis duob⁹ suppositis. ergo non contrahit ad aliqd eorũ nisi p aliqd cõtrahens. hoc autẽ oportet esse aliqd diuidens rationẽ suppositi uel speciei qd erit causa suppositorũ in eadẽ specie ⁊ nõ ipsa rõ suppositi. tũ 3°. q2 nihil ẽ ratio distinctionis aliquorũ nisi rõne alicui⁹ oppositionis. cũ oppositio etiã supposita diuina distinguat. ut oppositio relatiua. ⁊ iõ i rebus materialib⁹ possũt esse plura indiuidua in vna specie rõne quãtitatis diuidẽtis materiã que semp est in oppositis sitibus. ut diuisa est. due eñi quãtitates per naturã nõ possunt esse in eodẽ situ. vñ hic ⁊ ibi sunt differẽtie situs. ⁊ similiter ante ⁊ retro. ⁊ sic de alijs. sed i oppositis immaterialibus si eẽnt vnius speciei nõ esset aliqua oppositio nisi forte cõtradictiõis. q2 scilicz vnũ nõ est aliud hoc autẽ nõ potest esse pncipiũ distinctiõis suppositorũ. q2 supponit supposita esse quorũ vnũ nõ est aliud. ergo cũ nulla alia oppositio sit inter illa. nec etiã fm rõnẽ suppositi nisi ɔtradictiõis. q2 vnũ suppositũ nõ est aliud. non pñt esse supposita plura sub tali spẽ. nec possunt distingui p rationem suppositi. tum 4°. quia dicere q hoc suppositũ est hoc ⁊ nõ illud. nõ est pprie ɔtradictio. q2 ɔtradictio est pprie respcũ vni⁹ ⁊ eiusdẽ nõ autẽ respectu diuersorũ. vñ esse ⁊ nõ eẽ respectu vnius suppositi cõtradicũt. ⁊ nõ esse hoc et nõ esse illud: sed solũ disparant. vñ ista duo sunt simul: hoc suppositũ est hoc. ⁊ hoc suppositũ nõ est illud. cõtradictoria autem nunq̃ sunt simul. ergo inter duo supposita vnius speciei non potest esse vera oppositio cõtradictiõis. ⁊ p cõsequẽs nihil est p qd supposita abstrahẽtia a positiõe ⁊ situ possint differre nisi ponant differre p relationes originis. sicut in diuis psonis. ¶ Ad 2m dicit q assumit falsa multa scilicz q idẽ homo habeat in se multas paternitates fm multos filios. uel idem albũ habeat plures similitudines ad alia coalba. vñ sanctus Tho. tertia pte. q. 39. arti. 5. sic ait. Unitas relationis uel eius pluralitas nõ attendit fm terminos sed fm causã uel subiectũ. si eñi fm terminos attẽderet oporteret q quilibet homo haberet in se duas filiationes. vnã scilicz qua refert ad patrẽ. ⁊ aliam qua refert ad matrẽ. sed recte cõsideranti apparet eadem relatione vnũquemq3 referri ad suũ patrem ⁊ ad suã matrẽ ppter vnitatem cause. Eadẽ enim natiuitate homo nascit de patre ⁊ matre. vñ eadẽ relatione ad vtrũq3 refert. ⁊ eadem rõne de magistro qui docet multos discipulos eadẽ doctrina. ⁊ de dño qui gubernat multos subiectos eadẽ potestate. Si vo sint diuerse cãe specie differentes: ex cõsequẽti vident relationes specie differre. vnde nihil phibet plures tales relationes eidem inesse. sicut si aliquis est aliquorũ magister in grãmatica. ⁊ aliorum in logica. alia est ratio magisterij vtriusq3. ⁊ ideo diuersis relatiõib⁹ vnus ⁊ idẽ homo potest esse magister uel diuersorũ uel eorundẽ fm doctrinas diuersas. cõtingit autẽ quãdoq3 q aliqs habet relationẽ ad plures fm diuersas causas eiusdem speciei. sicut cũ aliquis põt esse pater diuersorũ filiorum fm diuersos generatiõis actus. vñ paternitas nõ potest specie differre cũ actus generationum sint idẽ. ⁊ q2 plures forme vnius speciei nõ possunt simul inesse eidẽ subiecto. nõ ẽ possibile q sint plures paternitates in eo qui est pater plurimorũ filiorũ generatione naturali. secus de illo qui est pater vnius gñatione naturali ⁊ alterius p adoptionẽ. hec ille in forma. Et statim i responsione ad 3m dicit. Sicut cõtingit q in vno extremorũ relatio sit quoddã ens. i alio autẽ nõ sit ens sed ratio tñ. sicut dicit phs 5° metaphisice de sciẽtia ⁊ scibili. ita etiã cõtingit q ex parte vni⁹ extremi est vna relatio. ex parte autem alterius extremi sunt multe relationes. sicut in hominib⁹ ex parte parentũ inuenit duplex relatio. vna paternitatis. alia maternitatis que sunt differẽtes ppter hoc q alia ratione pater ⁊ alia ratione mater est pncipium generationis. ex parte autẽ prolis est vna solum filiatio fm rem sed duplex fm rationẽ inq̃tum correspondet vtriq3 relationi parentũ fm duos respectus intellectos. hec ille. Idem ponit 3° sen. dis. 8. q. i. arti. 5°. Itẽ quolibet. 8. q. i. arti. p. Ex quib⁹ patet falsitas eorũ que arguẽs assumit scilicz q in eodem patre sint multe paternitates. ⁊ q in eodẽ albo sint multe similitudines. ¶ Ad 3m dicit q illa fuga nõ valet. nõ enim possent in diuinis esse plures filiatiões inter diuersos terminos si quelibet filiatio subsisteret ⁊ esset vera ⁊ naturalis filiatio. duas eñi filiationes vnius rõnis subsistere implicat cõtradictionem quia essent vnius rõnis ⁊ nõ essent vnius rõnis. ut s deductũ fuit. si autẽ ille filiationes nõ subsistant faciunt cõpositionẽ cum illo in quo sunt si sint reales. qd diuine simplicitati derogat. ⁊ sic patet q nec inter eosdẽ nec inter diuersos terminos possunt esse in diuinis multe filiationes nãles. ¶ Ad argumentum Scoti negat añs. dicit eñi q i nulla parte medij coextendunt plura lumina simul in eodẽ subiecto adequato. Et ad pbationes dicitur q licz ibi sint plura agẽtia tamẽ concurrũt in vice vnius perfecti agentis. sicut plures homines ad vnũ tractũ nauis. et iõ non est incõueniens si sit ibi vnica actio ex pte passi: licz habeat habitudinẽ ad plura a quibus exit. ¶ Ad 2m dicit eodẽ modo q plures species eiusdẽ ratiõis non coextendunt in eadẽ adequata pte organi. Et ad pbationẽ dico q ille casus non est per naturam possibilis. sed illo posito per miraculũ scilicz q duo

oua omnino similia poneret deus in eodem situ tūc
alterum illoꝝ moueret visum tm̄modo sicut deus
vellet uel ambo crearēt vnicā speciem in oculo intē-
siorem tamē q̄ si tm̄ ab altero crearet. Et similiter si
vnū album prius creasset in oculo suā speciem ⁊ po-
stea albū aliud omnino simile p̄mo poneret a deo in
eodem situ cū primo tunc species a p̄mo creata intē-
deret per secundū obiectū. Nec valet iprobatio. di-
co enim q̄ nō esset incōueniēs si albū intēsum simul
cum remisso causant intēsiorē speciem q̄ album in-
tensum se solo causasset. sicut esset in ꝓposito vbi p̄-
mo per speciē remissam videret intense album ⁊ po-
stea per speciem intensiorē videret non solū intense
album imo remisse albū. credo tamē q̄ si illa alba es-
sent omnino similia in ceteris p̄ter intensionem ⁊ re-
missionē. puta in situ in figura ⁊ hꝫ. q̄ per illā speciē
non possent distinctiue cognosci illa duo alba p̄ sen-
sum. vnde extra illū casum nunq̄ duo idiuidua vni-
us speciei sensibilia habēt species vnius rōnis in eo-
dē organo. q2 licꝫ duo oua q̄ntūcunq̄ similia causēt
species albedinis duas in oculo. tm̄ quia illa sunt i di-
uerso situ species illoꝝ non solū repsentāt illa inq̄n-
tum sunt alba. imo repsentant figurā ⁊ situ ⁊ hꝫ mul-
ta. nō enim imaginandū est q̄ in oculo alia sit species
coloris. ⁊ alia species quātitatis ⁊ hꝫ sed eadē speci-
es omnia talia repsentat. ⁊ ideo nunq̄ duoꝝ indiui-
duoꝝ vnius speciei species in organis sensuū sunt
vnius rationis. Cum etiā addit arguens q̄ hꝫ acci-
dentia abstrahunt ⁊ sic negat qm̄o species in orga-
nis sensuū sunt extēse per accidēs ⁊ situate ⁊ repsē-
tant situm ⁊ alia accidētia rei. Similiter dico q̄ non
omnis repugnātia duorum accidentiū in eodē sub-
iecto venit ex actione contraria. aut propter situs ⁊
cōpoₛᵗᵒⁿᵉᵐ. Sꝫ sicut dicit sanctus Tho. de veritate. q. 8
arti. 14°. forme vnius generis respiciunt vnam po-
tentiā ⁊ ideo nō possunt simul esse in eodem subiecto
in actu pfecto. oporteret eni candem potentiā ad di-
uersos act⁹ terminari. quod est ipossibile. sicut ⁊ vnā
lineā ex vna parte terminari ad diuersa pūcta. ⁊ ra-
tio concludit q̄ plures species intelligibiles nō pos-
sunt esse simul in eodē intellectu in actu perfecto sed
bene in habitu. Et similiter quia forme vnius gene-
ris simul esse possunt in actu medio inter potentiam
⁊ actum cōpletum. ideo cōcedit ibidē ad 8ᵐ q̄ speci-
es albi ⁊ nigri possunt simul esse in medio. q2 nō sunt
in eo nisi in fine ⁊ sicut in medio deferēte. ¶ Ad 3ᵐ di-
cit q̄ idem pater non habet ad multos filios nisi vni-
cam relationē realem. Nec valet p̄ma ꝓbatio. q2 re-
latio realis nō numerat ad solā numerationē termi-
ni. alias tot similitudines essent i uno albo quot sunt
coalba in mūdo. Et ad h⁹ improbationē dicit q̄ de-
structo termino de per se nō remanet eadem relatio
in numero. sed nō destructo termino per accidēs. iō
quia paternitatis p̄dicte terminus de per accidēs ē
hic fili⁹. nō oportet paternitatē corrumpi uel cessa-
re cessante illo filio. nā per se terminus illius relatio-
nis paterne est filius ab eo genitus inq̄ntū hꝫ. nō au-
tem inq̄ntū hic uł ille. ⁊ ideo remanēte aliquo filio ab
eo genito semp̄ remanet eadē paternitas. dū tamen
non fiat interpolatio tēporis. qđ dico. quia si ille pa-
ter habet hodie filium vnicū ⁊ ille moriat ⁊ anq̄ ha-
beat filium aliū intercidat tēpus cessauit p̄ma pater-
nitas ⁊ cōsurgit alia paternitas adueniēte nouo filio
Nec iterꝫ valet alia improbatio. quia nō est simile de
duabus paternitatib⁹ respectu vnius filij ⁊ duobus
filijs respectu vnius paternitatis. quia vnic⁹ filius
nō potest capere esse a duob⁹ patribus. sicut duo fi-
lij ab eodē patre. cōcedo tamē q̄ duabus relatōib⁹
existētibus in patre ⁊ matre corrñdet vnica filia-
tio i filio. ut s̄ dictū est. ¶ Ad 4ᵐ dicit q̄ potētia sub-
iecti eadē est ad omnes formas non solū vnius spēi:
imo vnius generis. Et ad h⁹ iprobationē dico q̄ cor-
rupta albedine non corrūpit potentia ad illā. vnde
sanctus Tho. p̄ma pte. q. 104. arti. 4° ad 4ᵐ dic sic.
Forme ⁊ accidētia nō sunt entia cōpleta cū non sub-
sistant. sed quodlibet eoꝝ est aliquid entis. sic eni ac-
cidens dicit ens quia eo aliqđ est: ⁊ tamē eo mō quo
accidentia sūt nō in nihilū rediguntur: nō quia aliqua
pars eoꝝ remaneat sed quia remanēt in potētia ma-
terie uel subiecti. hec ille. Ex quo patet q̄ cū albedo
semp̄ remaneat in potētia materie uł subiecti q̄ po-
tentia ad eā non cessat esse. ¶ Ad p̄mū Ꝛde negat
aīs. Et ad ꝓbationem primā dico q̄ ex pluralitate
candelarū sequit lumen intensius in medio nō autē
pluralitas luminū. quia intensio non fit ex additione
luminis ad lumen sed ex eductione subiecti de potē-
tia uel actu impfecto ad actum perfectū. Secunda
similiter ꝓbatio cōcludit q̄ illa pars medij q̄ ab vno
solo lucido illuminat ⁊ que est vmbrosa habet lumē
remissius. ⁊ alie ptes habēt lumen intensius sed non
q̄ ibi sint pauciora lumina ⁊ ibi plura. Tertia simile
ꝓbat q̄ lucidū accedens ad illuminabile intendit lu-
men nō tamē q̄ causet ibi aliqđ aliud lumē cū p̄mo.
¶ Ad 2ᵐ dico q̄ supponit duo falsa. p̄mū est q̄ in-
tellectus possibilis itelligat directe singulare ut hoc
uel illud. hoc eni conuenit virtuti cognitiue que di-
cit itellectus passiu⁹. Secūda est q̄ dato illo suppo-
sito credit arguēs q̄ dum intelligit sortes distinctus
a platone hoc fiat duobus actibus. Cuius falsitatem
ostēdit sanctus Tho. p̄ma parte. q. 85. arti. 4° ad 4ᵐ
Dicendū inquit q̄ quādo intellectus intelligit diffe-
rentiā uel cōparationē vnius ad alterum cognoscit
vtrūq̄ differentiū uel cōparatoꝝ sub ratiōe ipsius
cōparationis uel differētie. sicut cognoscit ptes sub
ratiōe totius. hec ille. Ibidē etiā ponit q̄ quicūq̄ in-
tellectus pōt intelligere multa sub vna specie potest
simul plura intelligere. quicūq̄ vō intellectus p̄ di-
uersas species itelligit nō simul multa intelligit. Ex
quo patet q̄ ille qui intelligit sortē ⁊ platonem ut di-
stinctos nō intelligit eos p̄ diuersas species intelligi-
biles. nec p̄ diuersas opationes sed per vnā cui⁹ ob-
iectū principale est distinctio sortis a platone uel cō-
paratio eoꝝ ad inuicē. 3° deficit. quia dato q̄ diuer-
sis actibus intelligerent tamē illi actus nō eēnt vni-
us rōnis. dico eni q̄ licꝫ actus q̄ cognoscit sortes ut
hō est ⁊ act⁹ q̄ cognoscit plato ut hō est sint vni⁹ ra-

tionis. quia illorū obiectū est vnū scilicȝ homo inc̄ltū. tamē actus quo cognoscit̃ sortes ut sortes. ⁊ plato ut plato est sunt diuersarū rationū. nam obiectum est alterius rationis. si eni sortes diffiniat̃ ut sortes ē alia ratio dabit̃ q̃ de platone ut plato est. obiectum autē formale diuersificatū actū diuersificat s̄m rationē. ¶ Ad 3m dico ꝙ visus potest multa videre ut vnū sunt in quodā toto integrali uel collectiuo ⁊ tūc informabit̃ vnica specie simplici ul' forte composita ex multis vnitis quoquo mō. ⁊ non erit ibi nisi vnicus actus. ⁊ idem dico de intellectu. vn̄ sanctus Tho. prima parte. q. 85. ar. 4. ad 2m dicit. Partes possunt intelligi dupliciter. Uno modo sub quadā confusiōe prout sunt in toto que cognoscunt̃ per vnā formam totius corporis ⁊ sic simul cognoscunt̃. Alio mō cognitione distincta ꝙ quelibet cognoscat̃ per suā speciē. et sic non simul intelligunt̃. hec ille. Dico ergo ꝙ quando videt̃ multitudo alborū. illa visio ē vnica in vno oculo per vnā speciē totius multitudinis. ⁊ si ponat̃ obstaculū in medio tunc p̄ma species que totā multitudinē rep̄sentabat deficit ⁊ causat̃ alia noua species que solum partē illius multitudinis representat. nec vnq̄ sunt ibi due visiones. Et cum dicit̃ ꝙ illa visio nō est vniuersalis. dico ꝙ nō oportet ꝙ sit vniuersalis. quia non rep̄sentat multa ut sunt vnū s̄m rōnem sed ut sunt partes vnius totius integralis. ⁊ hoc non sufficit ad rationē vniuersalis. ¶ Ad 4m dico ꝙ actus uel habitus quo diligit̃ sortes ut sortes ē: est alterius speciei ab actu uel habitu quo diligit̃ plato ut plato est. ¶ Ad 5m dicit̃ ꝙ species huius oculi ut hic oculus ē: puta oculus talis filie coloris magnitudinis situs et hūiꝰ totus ⁊ tante distāe alterius rōnis est a specie uel similitudine alterius oculi ut ille oculus est. ⁊ ideo tales species nihil p̄hibet esse in eodē subiecto in fieri ⁊ in actu incōpleto. Eodē modo dico de speciebus parietū domus alborum ul' alterius vnici coloris. nam illa species nō solum rep̄sentat colorem parietis. ga sisic ille multe species essent vnius rōnis. ¶ Ad 6m patet per idem. ¶ Ad 7m dico ꝙ species solis causata in oculo per speciem reflexam a speculo est multū alterius speciei q̃ species solis creata in oculo per lineam incidentē. Cuius causa est. quia p̄ma non solū rep̄sentat solem imo speculū ⁊ multa alia. secūda vero nō nisi solē ⁊ alia accidentia visu sensibilia in sole. Et per hoc patet ad primā confirmationē. Ad secūdam vero dicit̃ ꝙ lumē incidens ⁊ reflexum nō sunt diuersa lumina. sicut species solis incidens in speculum et reflexa a speculo in oculū sunt distincte sed idē radius habet rationē incidentis ⁊ reflexi per respectum ad diuersas causas. ut enim causat̃ a sole directe dicitur incidens. ut autē intendit̃ ab obstaculo luminis quod dicit̃ lumen reflectere dicit̃ reflexus. Et consimiliter dico de calore incidente ⁊ reflexo a pariete versus manū. vnde idē calor est in numero qui primo causabat̃ ab igne in aere ⁊ postea de lapide calefacto intendit̃. vnde ille calor ut causat̃ ab igne dicitur rectus. ut autē a lapide intendit̃ dicit̃ reflexus. Et cum dicit̃ ꝙ lumen solis incidens est intolerabile. ⁊ reflexum est diu tolerabile. dicit̃ ꝙ eque intolerabile est vnū sicut aliud in illo puncto in quo incipit reflexio. q2 ibi est sūma intensio luminis. similit̃ eque tolerabile est vnū sicut aliud in alijs punctis. vn̄ idē ē lumen: sed in vno pūcto est intolerabile. puta si lumen p̄cedens directe a sole ad oculum reflectat̃ ab oculo. Quod autē addit̃ de obstaculo. dico ꝙ argumentū probat ꝙ aliquod lumen est reflexū ad aliqd in quod nō incidit scilicȝ in oculū. sed cum hoc stat ꝙ illud met lumen est incidēs ⁊ reflexū respectu alterius scilicȝ speculi. quia incidit in parietē ⁊ reflectit̃ a speculo. Reflectere enim non est aliud q̃ lumen ab alio causatū itēdere. vnde ex hoc ꝙ sol illuminat speculum: speculū intendit lumē a sole causatū extra speculum. sicut lapis intendit calorē. vn̄ sanctus Tho. 2° sen. dis. 13. arti. 3° ad 5m. et prima parte. q. 67. arti. 2° ad 3m dicit ꝙ reflexio reuerberatiō secatio nō attribuit̃ lumini nisi metaphorice. ⁊ omnia possent attribui colori. ¶ Ad argumentū aliorū scilicȝ Hugonis de castro respōdetur negādo quod assumit. ⁊ ad p̄bationē de intellectiōibus angeli. ⁊c̄. dicit̃ ꝙ supponit falsum scilicȝ ꝙ forme quarū vna non est sed fuit ⁊ alia est. habeāt realem distinctionē ad inuicē. entis eni ad non ens nulla est habitudo realis. ⁊ ideo cum ~~potentia~~ nostra intelligat ꝙ nulle forme vnius speciei sunt realiter differētes numero nisi per subiectū ex quo uel in quo actu uel potentia. nō arguit ɔtra nos. Et cū tunc infert ꝙ si ille due intellectiōes vnius speciei respicientes vnum subiectū possunt esse successiue. ergo per potentiā dei possunt esse simul. negatur ɔn̄a. quia implicat̃ cōtradictio in ɔn̄te. quia tales essent distincte sine distinctiuo ⁊ sic essēt distincte ⁊ nō essent distincte. non eni distinguerent̃ per suas eēntias. nec per sua subiecta. nec per aliud scilicȝ per coexistentiā ad diuersas duratiōes. ¶ Ad ea que quarto loco inducunt̃ respōdetur ꝙ ista positio nō est cōtra quēcunq3 articulū uel potius nulli articulo condēnato parisius cedit vllatenus in fauorē. nā p̄mus articulus qui allegat̃ debet sic intelligi ꝙ error ē dicere ꝙ quia intelligentie nō habent materiā scilicet ex qua. ideo deus nō potest facere plures intelligentias vnius speciei. non est autē error imo veritas dicere ꝙ quia intelligētie non habent materiā in qua nec ex qua. nec aliquid loco materie scilicȝ subiectū actu. nec potentia. ideo īpossibile est plures illarum esse vnius speciei. forme eni plures in actu que non habēt materiā nullo mō. s. i qua nec ex qua. nec actu nec potentia. sūt specie uel genere diuerse. Secūdus articulus sic intelligit̃ ꝙ scilicȝ error est dicere ꝙ deus non possit multiplicare indiuidua sub vna specie sine materia ex qua. quia anime intellectiue sūt plures ⁊ tamē non habēt materiā ex qua. Similit̃ est error ꝙ deus non possit multiplicare id est facere esse multas formas vnius speciei sine materia in qua in actu. Item error est ꝙ materia que est pars cōpositi requirat̃ ad hoc ꝙ forme vnius speciei sint actu multe. ut patet de cogitatiōibus animarū separatarū. et de speciebus intelligibilibus in eis. sed non est error

imo veritas ꝙ impossibile est formas vnius spẽi esse
plures in actu quin tales forme habeant materiam
aut aliquid loco materie in qua uel in actu uel in po-
tentia. Tertius deniq; articulus sic intelligẽdus est
ꝙ erroneū est dicere ꝙ forme nõ educte de potentia
materie non recipiūt diuisionẽ nisi per materiā sub-
stantialẽ ex qua uel materiā in qua in actu habitam.
sed veritas nullatenus errori obnoxia est: ꝙ forme
vnius speciei nullatenus recipiūt distinctionẽ nume
ralem nisi per subiectū aut materiā ex qua uel ĩ qua
quā habeãt actu uel in potẽtia quasi scilicz tales for-
me cõmensurate sunt. ⁊ naturaliter coaptate diuer-
sis materijs quas possunt informare licz actu nõ in-
forment. vñ breuiter ut apparet illi articuli vidẽtur
positi contra auerroistas. ⁊ cõtra quandā opinionẽ
ponentẽ ꝙ ad hoc ꝙ forme vni⁹ speciei sint actu plu-
res ⁊ distincte numero requirit̃ ꝙ habeāt actualiter
materiā ex qua. sicut posuit opinio tenens animā in-
tellectiuā cõponi ex materia ⁊ forma. ut recitat san-
ctus Tho. sepe. quia aliter nõ posset indiuiduari. ut
dicebat. uel requirit̃ ſm auerroistas ꝙ actu habeāt
materiā in qua scilicz quā informent. ⁊ vtrūq; istorū
falsum est. ⁊ in articulis illis cõdemnatū. nam forme
nõ educte de potentia materie uel subiecti possūt es-
se actu plures ⁊ tamẽ non habẽt actu vllā materiā
nec in qua nec ex qua scilicz dũ sunt a corporib⁹ exu-
te. sz qr forme educte de potentia materie nõ sunt se-
parabiles ab omni subiecto remanẽte illarū indiui-
duatione p̃ter quantitatẽ. ideo dicit articulus ꝙ for-
me tales si sint vnius speciei nõ recipiūt diuisionem:
nisi per materiā scilicz in qua sunt actu accipiẽdo ma
teriā pro omni subiecto. Et sic patz quid sit dicẽdum
ad articulos. Hec tamẽ sine assertiõe temeraria sint
dicta. ¶ Ad primū contra sequẽtes ↄ̃nes dicit̃ ꝙ po-
tentia generādi potest sumi tripliciť. ſm ꝙ ponit san-
ctus Tho. de potentia dei. q. 2. arti. 4°. ad 15^m. Uno
modo ꝓut est gerundiuū verbi actiui. ⁊ sic ille habet
potentiā generādi qui habet potentiā ad hoc ut ge-
neret. Alio modo ꝓut est gerundiuū verbi passiui. ⁊
sic ille habet potentiā generādi qui habet potentiam
ad hoc ut generet̃. Tertio modo ꝓut est gerundiuū
verbi impsonalis. ⁊ sic ille dicit̃ habere potentiā ge-
nerandi qui habet illam potentiā qua ab aliquo ge-
neraẗ. potentia generādi p̃mo modo non cõuenit fi-
lio sed bene sumpta secũdo ⁊ tertio modis. Eandem
ponit distinctionẽ p̃. sen. dist. 7. q. 2. arti. p̃. Et addit ibi
ad 2^m respõdendo ꝙ potẽtia gn̄andi p̃mo mõ expo-
nendo dicit essentiā cū paternitate. sed alijs modis
dicit essentiā ⁊ non paternitatẽ. Patet igit̃ ꝙ h^{or} ar-
gumẽti est falsa que ponit ꝙ in filio est potẽtia gene-
randi ꝓductiua. tūc eni esset in eo potẽtia generādi
p̃mo mõ dicta scilicz eẽntia cū paternitate. Et ad ꝓ-
bationẽ ex dicto Aug^{ti}. dico ꝙ cõcesso ꝙ filius habe
at omnẽ potentiā quā pater habet. nõ tamẽ sequitur
ꝙ habeat potentiā generādi. sed ẽ fallacia figure di-
ctionis. Et similiť ad dictū Henrici uel eius argumẽ-
tum dicit̃ ꝙ ista ↄ̃ña nõ valet: pater põt gn̄are ⁊ fili-
us non põt generare. igit̃ pater est potẽtior filio. uel

igit̃ habet aliquā potentiam quā non habet filius. ⁊
causa est quia arguit̃ de ad aliquid ad ipsum aliquid
⁊ a negatione potẽtie sub tali modo ad negationẽ es-
se simpliciter. cum eni dicit̃ potentia generādi uel pos
se generare. nõ importaẗ absolute potentia sed cum
respectu. ut alias dictū fuit. ¶ Ad 2^m dicit̃ ꝙ uel ar-
gumentū supponit falsum. uel modus arguendi non
valet. si eni intelligaẗ ꝙ filius habeat aliquā intelle-
ctionẽ qua intelligit ab illa qua pater intelligit. falsū
supponit. si autẽ hoc nõ supponit̃ sed potius cõcesso
ꝙ in diuinis nõ sit nisi vnica intellectio. ⁊ tunc argui-
tur sic. In omni intellectiõe p̃fecta ꝓcedit aliqđ ver-
bum. sed filius habet intellectionẽ p̃fectā ⁊ eque p̃fe
cte sicut pater. ergo sicut pater ex hoc qđ itelligit ꝓ-
ducit verbū. ita filius ex hoc qđ intelligit gignit ver-
bum. ⁊ tunc dico ꝙ modus arguendi non valet. da-
to eni ꝙ in omni p̃fecta intellectione emanet verbū
non tamẽ a quocunq; intelligẽte p̃ illā intellectionẽ
p̃fecte sed solū ab illo qui per illa intelligit ⁊ habz re-
lationẽ dicentis. hoc autẽ soli patri cõuenit in diuinis.
Et si queraẗ cur nõ conuenit talis relatio filio dei. di-
co ꝙ illa relatio dicẽtis quā pater habet nõ põt filio
cõuenire eadẽ numero. quia opposita relatio sibi cõ-
uenit scilicz relatio dicti ⁊ verbi. nec alia ſm numer
quia non põt ibidem talis relatio plurificari. Similiť
nec spũi sancto potest conuenire relatio dicẽtis alia
ĩ numero ab illa quā pater habet. eadẽ rõne. nec ea-
dem relatio in numero. quia spũs sanctus ꝓcedit a
verbo. non autẽ põt habere relationẽ dicẽtis eandẽ
quā habet pater nisi ꝓduceret verbū patris ⁊ sic ꝓ-
ductorẽ suū ꝓduceret. De hac solutiõe loquit̃ sanct⁹
Tho. 4°. cõtra gentiles. ca.° 13°. verbū inquit dei est
deus. sed non est alius deus a deo cuius est verbum
sed vnus omnino hoc solo ab eo distinctū ꝙ ab eo est
ut verbū ꝓcedens. sicut autẽ verbū nõ est ali⁹ deus
ita nec est alius intellectus nec aliud intelligere. vñ
nec ad v̄bū patris ⁊ filij necessario sequit̃ ꝙ sit ver-
bum sui ipsius sz ꝙ verbū seipsū intelligit. nā in hoc
solo verbū a dicente distinguit̃ ꝙ est ab ipso. omnia
ergo alia cōiter attribuẽda sunt deo dicenti q̃ est pa-
ter. ⁊ verbo qđ est filius ꝓpter hoc ꝙ verbū est de⁹.
sed hoc solū ut ab eo sit verbū attribuendū est ꝓprie
patri. ⁊ hoc quod est esse a deo dicente attribuendū
est ꝓprie filio. Ex quo etiā patet ꝙ filius non est ipo-
tens ⁊ si generare nõ possit filiū. nam eadẽ potẽtia ẽ
patris ⁊ filij sicut ⁊ eadẽ diuinitas. cū generatio i di-
uinis sit intelligibilis verbi cõceptio ſm scilicz ꝙ de-
us intelligit seipsum. oportet ꝙ potentia ad gn̄andū
in deo sit sicut potẽtia ad intelligendū seipsū. ⁊ cū in-
telligere seipsū in deo sit vnū ⁊ simplex. os potentiā
intelligendi seipsū que nõ est aliud q̃ suus actus esse
vnā tm̄. ex eadẽ ergo potentia est ꝙ pater generet ⁊
ꝙ filius generet̃. nullā ergo potentiā habet pater
quā nõ habeat filius. sed pater hz ad generare gene-
ratiuā potentiā. filius aūt ad gn̄ari: que sola relatiõe
differūt. hec ille. Eodẽ modo sed breuius soluit in sũ-
ma scilicz p̃ma parte. q. 34. arti. 2. ad 4^m. vbi sic sol-
uit ad istud argumentū dicẽs. Eo mõ inquit conue-

nit filio quo sit intelligẽs quo cõuenit ei esse deũ. est
aũt filius deus genitus non aũt deus generans. vñ
est quidẽ itelligẽs nõ ut pducẽs verbũ sed ut verbũ
pcedens, put in deo sm rem nõ differt verbũ ab in/
tellectu diuino sed relatiõe distinguit a pncipio ver/
bi. hec ille. Ex quibus oĩbus habet snia solutionis su/
perius posite. ¶ Ad 3m respõdet sanctus Tho. prima
pte. q. 30. arti. 2o ad 4m. vbi facta dicta rõne sic respõ
det. Illa inquit ratio pcederet si spũs sanctus aliam
numero bonitatẽ haberet a bonitate patris. oporte/
ret eni q sicut pater p suã bonitatẽ pducit personã
diuinã q ita et spũs sanctus. sed vna et eadẽ bonitas
est patris et filij et spũs sancti. nec est distinctio nisi per
relationes psonarũ. vñ bonitas cõuenit spũi sancto
quasi habita ab alio. patri autẽ sicut a quo coicat al/
teri. oppositio autẽ relationis nõ pmittit ut cum rela
tione spũs sancti sit relatio principij respectu diuine
psone. qr ipse pcedit ab alijs psonis que in deo esse
possunt. hec ille. Et intendit q spũs sanctus non põt
esse principiũ sui. nec patris aut filij. qr habet relatio/
nem oppositã relationi spirantis et que cõuenit patri
et filio et relationem pducti ab eis. et ita non põt habe/
re relationẽ pducentis respectu eorũ. similit nec re/
spectu sui. cõstat. nec respectu alterius psone que sit
quarta in diuinis. quia nõ habet aliã bonitatẽ ul' di/
lectionẽ in numero a dilectione ul' bonitate patris et
filij. vnica autẽ dilectiõe pcedit vnicus amor spira/
tus. patet ergo q quia pater habet infinitã bonitatẽ
tali modo scilicz ut a quo cõmunicat alijs p actionẽ
intellectus et voluntatis. ideo intelligẽdo gignit ver/
bum et diligẽdo spirat amorẽ. quia vo filius habet in/
finitã bonitatẽ ut a quo cõicat alteri per actionẽ vo/
luntatis non per actionẽ intellectus. ideo non gignit
verbũ sed tñ spirat amorẽ. quia vo spiritus sanctus
habet eandẽ bonitatẽ non ut a quo cõmunicat alte/
ri sed sicut habita ab alijs. ideo licz intelligat et diligat
nullã personã pducit. ¶ Ad 4m dicit q hec est falsa.
si enim essent in diuis plures filij oporteret ibi eẽ plu
res filiationes et cõsequenter ille nõ essent subsisten/
tes ac p hoc in deo esset cõpositio. ¶ Ad 5m dicitur q
argumentũ peccat sm fallaciã figure dictiõis. ut se/
pe dictũ est. cum eni sic arguit: Omnis dignitas di/
uina est in qualibet psona. sed generare est aliqua di/
gnitas diuina. ergo generare est in qualibet psona.
qr ibi mutat quid in ad aliquid. qr gñare dicit actio/
nẽ diuinã cum relatione paternitatis. Simile habet
pma pte. q. 42. arti. 4. ad 2m. ¶ Ad 6m dico q posse
gñare sibi simile est pfectio quedã qstum ad potenti/
am quã importat. non aũt qtũ ad relationem quam
includit. et quo ad pmũ cõuenit filio. non autem q ad
2m. ¶ Ad 7m dicit q infinitas numeralis nullam di/
cit perfectionẽ cũ pueniat ex parte materie et dicat
quid potentiale. ideo non est attribuẽda deo nume/
ralis infinitas sicut pfectionalis. ¶ Ad argumẽtum
factũ in pede qõnis rñdet q nõ ẽ simile de pre nãli et
de patre deo. qr filiatio opposita paternitati alteri9
põt diuidi. nõ ãt filiatio diua cũ nõ possit hre aliqd di
stinctiuũ illius sm numerũ. Et hec de qõne psenti etc.

Distinctio VIII

Irca octauã distin/
ctionẽ pmo querit. Utrum aliqua
creatura subsistẽs sit suũ esse exñtie
Et arguit q nõ. nã doctores antiq
negãt illud cõcorditer. igit illud est
simpliciter negandũ. tenet ɔña per locũ ab auctori/
tate. assumptũ pbat. nã phs 2o posterioꝝ dicit q eẽ
non est suba rei. Et Auicẽna 5o sue metaphisice. cao
p. et p. physicorũ. c. vltimo. et vbiqz est. istius snie q
esse accidit enti in oi alio pterqz in necesse esse. Huic
ɔcordat Algaçel in sua logica vbi multipliciter probat
q esse nostrũ sit accidẽs. Huic ɔsonat Hilari9 6o de
trinitate. dicẽs q esse in deo nõ est accidẽs sicut in oi
creato. Huic ɔsentit Boeti9 de ebdo. dicẽs: Diuer/
sum est esse et quod est. ipsum vo esse nondũ est. at vo
qd est accepta forma essendi est atqz subsistit. et sic pa
tet q oẽs antiqui sũt hui9 snie. In oppositũ arguit qr
qñcunqz aliqua sunt realit distincta vnũ põt p diuã
potentiã ab alio separi. sz esse nõ põt separi ab essen/
tia. alias si separet esse esset sine essentia et eẽntia eẽt
sine esse. g non distinguũtur realiter. In hac qstione
erũt duo articuli. In pmo quoꝝ ponent ɔnes. in 2o
vo aduersarioꝝ obiectiones. ¶ Qtũ ad pmũ ponit
talis ɔ. Nulla creatura subsistens est suũ esse q actu
existit in rerũ nã. Istã ɔnem pbat scũs Tho. 2o ɔtra
gentiles. cao 52. multis medijs: quorũ vnum est tale.
Suba vniuscui9qz ẽ ei p se et nõ p aliud. vñ eẽ lucidũ
actu nõ est de suba aeris qr est ei p aliud. sz cuiuslibz
rei create esse est ei p aliud. nã alias non esset creatũ
nullius igit sube create suũ esse est sua essentia. hec
ille. Consimilit arguit Albertus p. de causis. cõmen/
to uel cao. 8. Omne qd ex alio est aliud hz esse et hoc qd
est. q eni aial sit aial uel hõ sit hõ. qd est p certo non
hz ex alio. hinc enim equalit est hoie existente et hoie
nõ existẽte sm actũ. Qd aũt eẽ habeat in effectu. ex
se nõ est sibi sz poti9 ex pmo esse ex q fluit esse i omne
qd est in effectu. h igit qd est ab alio hz esse et illud qd
est. et sic esse hmõ accidit ei qd ab alio sibi est. et ideo in
ipso qri põt an est an nõ est. et est qd determinabilis p
cãm eius qd est esse. In pmo aũt pncipio pter hoc
qd esse nõ hz ab alio esse p se est et qd an est nullũ locũ
hz. Et si querat hoc erit sm solã distinctionẽ et determi
nari nõ põt. hoc eni qd ipsum est et esse suũ vnum est.
Hoc ãt alio mõ pbat. Ois eni negatiua ante se ha/
bet affirmatiuã q est cã negatiõis. ut cũ dico hõ non
est asin9. cã huius est. qr homo est hõ. hõ aũt et asinus
oppositis differẽtijs statuũt. opposita aũt mutuo se
expellũt ab eodẽ subiecto. cũ g dico homo est homo
pter hoc verũ est. qr ibi dicit illud qd est de eo qd ẽ
et sic est id qd est nõ p aliqd aliud qd influat sup ipsũ.
patz g qd omne qd ẽ id qd est hz a seipso. esse aũt suũ
in effectu si ex nihilo ẽ a seipso habere non põt. si eni
a seipso haberet cũ sit ex nihilo in nihilo nõ eẽt in po/
tentia ad esse. hõ eni nõ est in potẽtia illud qd est. et si
esse a se haberet oporteret q hõ existens in potentia
haberet esse in effectu. sequit g q homo existens in
potentia hret esse in effectu. et sic idem esset i effectu

⁊ non esset in effectu. ab alio ergo habet esse. a seipso aūt ꝙ sit hoc qꝺ est. ⁊ ꝑ ꝯsequēs esse nō est hoc quod est. Et hoc est qꝺ dicit Boeti⁹ i lib° de ebdo. Qꝺ est habere aliqd pōt ꝑter illud qꝺ ipsum est. esse ꝟo nihil habet admixtū. in pmo aūt pncipio sic esse nō pōt eo ꝙ nihil ante ipsū est negatiue vel puatiue vel potentialiter. ꝓpter qꝺ oꝫ ꝙ esse suū radicatū sit in seipso ⁊ sit sibi idē esse ⁊ quod ē. Et iterū dicit Boeti⁹ ⁊ multi dicūt. Quis non intelligāt ꝙ in oi eo qꝺ est citra pmū aliud est eē ⁊ quod ē. siue aliud ē quod ē ⁊ quo ē. in pmo aūt penitus idē esse hoc habet qꝺ est fons ois eē ⁊ ꝙ omne eē sit ab illo. esse eni qꝺ ē actus ⁊ quod est in aliud reducit̄ ꝗ illud qꝺ est a quo fluit. nec aliud ē in quod reduci possit nisi in id cui idē ē esse ⁊ quod ē. Et ꝑ hoc patet ꝙ habet verā ratione pncipij qꝛ ipsū nō reducit̄ in aū ⁊ oia ẜm eē reducūt̄ in ipsū. hec ille. Dicet̄ forte ꝙ ista rō nō ꝯcludit. qꝛ supponit falsum in maiori. s. ꝙ eēntia rei insit ei ꝑ se hoc ē sine alia causa efficiēte. hoc eni negat̄. qꝛ sicut hō habet a cā efficiente ꝙ existat vel ꝙ sit in actu. ita a cā habet ꝙ sit homo ⁊ nō ꝑ se. hoc ē sine alia cā. vn̄ sicut ante mundi creationē homo nō existebat. ita nec erat homo. ⁊ ista erat falsa. homo ē homo. ſꝫ qui sic dicit non aduertit quod dicit Ar. p̊. posterioꝝ. ca° 6° ẜm signationem Linconiēsis. Sciētia inquit demōstratiua est ex necessarijs pncipijs. quod eni scit̄ non pōt se aliter habere. que aūt ꝑ se sunt necessario insunt rebus. hec eni in eo qꝺ quid est. quibusdā autē alia insunt in eo qꝺ qd est pdicantibus de ipsis. Et ca° 7°. Manifestū ē autē ⁊ si sint ꝓpositiones vniuersales ex qbus syllogism⁹ ꝙ necesse esse ꝑpetuā h⁹ demōstrationis ⁊ simplicit̄ ut est dicere demōstrationem. non ḡ est demōstratio corruptibiliū nec sciētia simplicit̄. hec ille. vbi Linconiensis 6° cōmento. Demonstrauit nobis inquit Ar. in h̄ ca° 6° ꝯnem huius scie scilicꝫ hanc. Demonstratio est syllogismus ex ꝑ se inherētibus. ⁊ hec ꝯ sequit̄ ex hac ꝯne huius scie ostensa supius in 4° ca°. hac. s. Demōstratio ē syllogism⁹ ex necessarijs. ⁊ ondit̄ h̄ 6° ꝯ ẜm mō. Ois demōstratio ē syllogism⁹ ex necessarijs oia ⁊ sola ꝑ se inherētia sunt necessaria. ḡ ois demonstratio est syllogismus ex ꝑ se inherētibus. ⁊ cōmento 7° sic ait. Nona ꝯ est ista. Necesse ē ꝯnem demōstrationis simpliciter eē ꝑpetuā. hec aūt sequit̄ ex 7° huius libri. Explanatū est eni supius ꝙ demōstratio est syllogismus ex vniuersalibus. ſꝫ omne vniuersale ē ꝑpetuū. necesse est igit̄ demonstrationē esse syllogismū ex ꝑpetuis. hec ille. Ex qbus patet ꝙ ois ꝓpositio de pmo mō dicēdi ꝑ se ⁊ de 2° ē necessaria ⁊ ꝑpetue veritatis. cū ḡ qdditas rose ꝯueniat rose in pmo mō dicēdi ꝑ se. seq̄t̄ ꝙ necessario ꝯuenit ei. Q꞉ etiam qdditas rose nō ꝯueniat ipsi rose ꝑ aliquā cām agētē extrinsecā ita ꝙ aliq̄ cā efficiēs sit cā ꝙ rosa sit rosa: ondit Linconiēsis. vn̄ p̊. po⁊. cōmento 4°. vbi distinguit modos ꝑseitatis. dicit Hoc ipsū qꝺ dico ꝑ se. cām cōparticipem excludit. ⁊ aliqbus interpositis subdit. Est aūt ꝑ se alterū de altero. ⁊ dr̄ per se alterū de altero cū qdditas vnius essentialit̄ ⁊ nō per accidens a qdditate alteri⁹ egredit̄. illud āt cuius qdditas eēntialit̄ ⁊ nō per accidēs a qdditate alterius egredit̄. eē suū habet ab eo a q̄ egredit̄ sicut a sua cā efficiēte vel mālī vel formali vel finali. illud aūt a quo habetur eē necesse ē ut recipiat̄ in diffinitiōe q̄ dicit quid est vel qd est esse. Per se igit̄ dr̄ ⁊ ē alterū de altero cū vnū recipit reliquū in sua diffinitiōe. Et cōmēto 7° dicit: Septia h⁹ libri ꝯ ē ista. Primū inest medio. et mediū inest tertio ꝓpter ipsū. ⁊ seq̄t̄ imediate ex ista. Demōstratio ē syllogismus ex ꝑ se inherētibus. Intellect⁹ aūt h⁹ 7° ꝯnis est iste. Maior extremitas syllogismi demōstratiui iest medio ꝑ̄tio ⁊ medi⁹ minori extremitati. ita ꝙ in vtraq꞉ ꝓpositiōe subiectū est pcisa cā pdicati vel ecōuerso. ⁊ intelligo per cām pcisam q̄ nō est diminuta. sic figura est cā diminuta habitiōis angulorū equaliū duobus rectis. nec ē habens in se cōditionē que nō sit cā. sicut ysocheles habet in se conditionē que nō est cā respectu habitiōis triū āguloꝝ rcē. ⁊ hanc pcisionē cause notat h̄ ꝓnomen ipsū. cum dicit̄. Primū inest medio ꝓpē ipsū. et h̄ ꝓnomē ipsū referē ad hanc dictionē pmū. cū dicit̄. pmū est causa medij. ⁊ ad hanc dictionē mediū. cū dicit̄. Medium est cā pmi. ⁊ similit̄ cū dicit̄. mediū est in tertio ꝓpter ipsū. hec ille. Sꝫ ad ista dicet̄ dupliciter. Primo ꝙ tales ꝓpositiones de pmo vel 2° mō dicendi per se nō sunt necessarie nisi sub ꝯditiōe. utpote ista ē necessaria: hō est aial. ad hūc sensum ꝙ si hō est hō est aial nō aūt absolute. 2° dicet̄ ꝙ cū dic̄ Linconiensis ꝙ in ꝓpositiōibus de ꝑ se pdicatum est pcisa cā subiecti vel ecōtra ipse loq̄t̄ de cā formali non aūt de cā efficiēte licꝫ eni hō seipso formalit̄ sit aial. nō tn̄ seipso efficiēt̄ imo ad hoc ꝙ hō sit aial requirit̄ cā efficiens. sicut ad h̄ ꝙ hō existat req̄rit̄ ꝓducens. Sed ꝯ primā solutionē sic. Nā si sic nō plus eēt necessaria hec: duo ⁊ tria sunt qnq꞉. vel ista: septē ⁊ tria sunt decē. ꝗ ista: terra est. vel ista: celū est. nec vna eaꝝ plus incōmutabilit̄ vera ꝗ alia. ⁊ sic de alijs ꝓpositiōibus q̄ sunt principia scientiarū. ⁊ q̄ sunt ꝑ se pmo mō. ſꝫ oñs est ꝯ mentē Augꝰ. 2° de libero arbitrio. vbi sic dicit. Quicquid corporis sensu veluti est h̄ celū ⁊ terra hec qcunq꞉ in eis alia corpora sentio ꝗdiu futura sunt nescio. septē aūt ⁊ tria decē sunt. ⁊ nō solum nunc ſꝫ etiā semp neq꞉ vllo mō aliqñ septem ⁊ tria nō fuerūt decē. aut aliqñ septē ⁊ tria nō erūt decē. hanc ḡ incorruptibilē nūm dixi mihi ⁊ cuilibet rōcinanti esse coēm. Et post positis multis veritatib⁹ circa numeros subdit. Hoc ḡ qꝺ ꝑ oēs numeros esse imobile firmū incorruptibile ꝯspicimus. nō eni vllo sensu corporis oēs numeros attingit: inumerabiles eni sunt. vn̄ ḡ nouimus ꝑ oēs hoc esse aut cōtra fantasiā vel fantasmate iam certa veritas numeri ꝑ mutabilia tam fidēter nisi in interiori luce ꝯspicit̄. Et post enumerat multas alias ꝓpositiōes quas dicit incōmutabiliter esse veras. utputa: Studendū est sapiētie. iuste viuendū est. deteriora melioribus esse subdenda. paria paribus cōparanda. ꝓpria quibusq꞉ paribus tribuenda. incorruptū meli⁹ corruptibili. eternū tēporali. imobile violabili. incorruptio ē diligenda: corruptio fugienda. Et subdit. Iā hꝭ plura nō querā: satis eni ē ꝙ istas tāq꞉ re-dit.

gulas. ⁊ quedā lumina virtutum ⁊ vera ⁊ incōmutabilia siue singula siue oīa ꝯueniūt ad ꝯtemplandū cis q̄ hoc valent sua q̄sq̄ rōne ac mente ꝯspicere pariter mecū vides certissimūq̄ esse concedis. Et post. Q̄r ḡ vere atq̄ incōmutabiles sunt regule numerorū quorū rōnē atq̄ veritatē incōmutabiliter atq̄ cōmuniter oībus eā cernētibꝰ p̄sto esse dixisti: tam sunt vere atq̄ incōmutabiles regule sapiētie de quibus paucis nūc sigillati interrogatus respōdisti eē veras atq̄ manifestissimas. hec Augꝰ. Ex q̄bus patet ꝙ tales ꝓpositiones formate de numeris incōmutabilit̄ ac eternaliter sunt vere. dicit eni Augꝰ in eodē libro Nihil magis eternū q̄ ratio circuli: ⁊ duo ⁊ tria esse quinq̄. Nec pōt dici ꝙ intēdat talia esse necessario ex suppositiōe uel cōditionaliter. puta posita cōstantia subiecti taliū ꝓpositionū. nam tūc eque esset necessaria ista: sortes existit. dicā enim ꝙ est necessaria sub ꝯditiōe. s. q꞉ si sortes ē: sortes existit. uel hꝰ: q̄d ridiculū est. simili͛ sequit͛ ꝙ verba Augꝰ. sūt plus falsitatis q̄ veritatis. q̄libet eni harū q̄nq̄ fuisset falsa simplicit͛: septē ⁊ tria sunt decē. licꝫ ista conditionalis semp fuerit vera. si septē ⁊ tria sunt: septē ⁊ tria sunt decē. simili͛ cōstat ꝙ non oīs specifica rō numeri est posita in actuali existētia. sit ḡ illa rō centenarij. Tūc arguo. ista ꝓpositio: centū sūt decē denarij. nō est ꝓprie vera nisi cētenarius actu existat s̄m rñsionē istā. sꝫ centenarius ex supposito nō existit. ḡ illa nō est vera. quod est ꝯ illud q̄d dicit Augꝰ. scilicꝫ ꝙ non aliqñ sit ⁊ aliqñ non: sed semp centū sunt decē decies. patꝫ igit͛ ꝙ illa rñsio non est nisi fuga. ⁊ iō dico ꝙ hō semp est homo. ⁊ ista est imutabiliter vera. homo est aīal rationale. ⁊ eius veritas eternalit͛ est in diuino intellectu s̄m ꝙ ponit sanctus Tho. p̄ma parte. q. 10. arti. 3°. ad 3m. Et de veritate. q. 1. arti. 5° ad 7m. Cui ꝯcordat Albertus in postp̄dicamentis. 9. ca°. sic di. Scd̄m inquit Auicennā ⁊ Algazelē ⁊ Alfa^m ⁊ veritatē qñ p̄dicatū concipit͛ in rōne subiecti. talis ꝓpositio vera est siue re existente siue re non existente. siue eni hō sit ⁊ aīal: siue hō nō sit nec aīal. semp ista est vera: homo ē aīal. ⁊ aīal est viuū. ⁊ viuū est sub̄a. ḡ homo est substātia. Sed si vlterius inferat͛: sub̄a est ens. ḡ homo est ens. dicūt ꝙ non sequit͛. q꞉ ens uel enunciatum esse accidit hoī ⁊ aīali ⁊ non ꝑ se claudit͛ in intellectu eoꝝ. Cum eni dicit͛ hō est aīal sufficit ad veritatem ꝓpositionis sub̄alis ordinatio p̄dicati ad subiectū. cum āt addit͛ aīal est ens. q꞉ ens non est de rōne aīalis ul' hominis non est ibi ordo sub̄alis vnius ad alterū. ⁊ iō si homo est ens uel aīal est ens oꝫ ꝙ sint ens actu. ⁊ hoc est cōtra ypothesim. posuimus eni ꝙ non sit hō. ordinabilitas aūt rerū in p̄dicatū ⁊ subiectū ꝯuenit rebꝰ exñtibus ⁊ non exñtibus dū non sint incōpossibiles ad existendū. ⁊ iō ante mundū hec ꝓpositio fuit vera in ipsa rerū ordinabilitate. Et si querat͛ in quo fuit illa rerū ordinabilitas qñ non erāt res. dicendum ꝙ fuit in ipsis rerum rōnibus. si autē de illis rōnibus vlterius querat͛. dicendū ꝙ fuerūt in sapiētia creātis ⁊ ordinantis. Si aūt vlterius inferat͛ ꝙ in sapientia p̄mi intellectus fuerunt ut vnū ⁊ nō ut ordinata vnū ad alterū. dicendū ꝙ res in sapientia p̄me cause dupliciter considerant͛ scilicꝫ ut res considerate ⁊ ꝓducende. uel ut intellectus quo intelligunt͛. ⁊ p̄mo mō q̄dē sunt possibiles ad pluralitatē ⁊ ordinē nō quidē in actu ordinātis sed q꞉ est de ordinabilibus. ⁊ h̄ mō possibile ē veritatē eē de ipsis ⁊ sunt enūciabiles ad veritatē q̄uis nunq̄ fiat enunciatio ⁊ sic enūciabile ad rem reducēt. ⁊ similiter ꝓpositio pōt esse ab eterno ⁊ tamē vnū solū ē actu ab eterno. Et si queratur vtrum tale sit creatū uel increatū. dicendū ꝙ creabile ⁊ non creatū s̄m rerum ordinē. ⁊ hoc q̄uis sit in creatore. rōne tamē differt a creatore. q꞉ creator nō est creabilis nec creatus. Si autē que sunt in intellectu creantis accipiant͛ ut intellectus. cū creator non intelligat nisi seipso. tunc verū est ꝙ res in creatore sunt per modū creatoris. et nec sunt vnum nec multa. nec ordinata nec iordinata. sed sūt idē q̄d ipse. Et hec est doctrina Auicēne que cōcordat cū Porphirio dicente ꝙ nulla specie aīalis exñte potest itelligi substātia aīata sensibilis. ⁊ constat ꝙ nō loquitur de intellectu intelligētis. q꞉ sic nihil diceret. q꞉ si nulla species aīalis est nihil erit intelligēs. sed loquitur de intellectu intelligibilis. quia s̄m nature ordinē nulla specie aīalis existente adhuc q̄tum est in se manet intellectualiter substantia animata sensibilis. hec ille. Item Augꝰ 4° sup Genesim. ad litteram. ca°. 3°. dicit. Facilius celū ⁊ terra transire possunt que s̄m numerū senariū fabricata sunt: q̄ effici possit ut senariꝰ numerus suis partibus nō compleat͛: quā ob rē non possumus dicere ꝓpterea numerū senariū perfectū esse: quia sex diebus perfecit deus opa sua. sed propterea deū sexto die p̄fecisse opera sua. quia senarius numerꝰ est p̄fectus. itaq̄ ⁊ si ista nō essent p̄fectꝰ ille esset. nisi autē ille p̄fectus esset ista s̄m eū p̄fecta non fierēt. hec ille. Super quo dicit sanctus Tho. in quolibet. Non est intentio Augꝰ. dicere ꝙ si celum ⁊ terra transeant ⁊ cetere creature ꝙ senarius maneat s̄m aliquod esse creatū. sed quia si omnes creature ab esse deficiant remanebit adhuc natura senarij prout abstrahit a quolibet esse huius ꝙ ei perfectio cōpetat. sicut ⁊ natura hūana manebit talis ꝙ ei cōpetet rationalitas. Et nota totū illum articulum q̄a multa pulchra ponit ad ꝓpositū istud. Sic ergo patꝫ ꝙ prima respōsio non est nisi fuga que ponebat ꝙ tā cōtingens est ista: rosa est rosa. sicut ista: rosa existit. ⁊ ꝓcedit hoc. quia non discernit͛ de li est prout est 2m adiacens ⁊ prout est 3m adiacens. primo modo enim significat actualē existentiā subiecti non aūt secūdo modo sed solū veritatē subiecti ⁊ p̄dicati. quod manifeste patet. nam aliquādo aliqua copula ē vera affirmatiua de inesse in qua idē p̄dicatur de seipso: et tamē subiectū non est in rerū natura existēs. imo nec aliquid. quod ꝓbat͛. quia ista est vera: negatio est negatio: priuatio est priuatio: non ens est nō ens. quod patet. nam plus videret͛ ista neganda: cecitas ē ens. q̄ ista cecitas est cecitas. sed prima concedit͛ 4° metaphisice. 2a particula. vbi Ar. dicit. Quedam dicūtur entia quia sunt substātie. ⁊ quedā q꞉ sūt passiōes

¶ 4⁹ arguit Guido uel Gerardus de carmelo. 5⁹ q̄libet. q. 9. sic. Illa sūt idem realiter que cadē g̃ratiōe generant̄ primo ⁊ corrūpunt̄. sed non mi⁹ vna generatione g̃rat̄ ex̄ris homo ⁊ hō q̄ hō ⁊ hic homo. igitur ⁊c̄. h^{ce} ꝓbatur tripliciter. Primo nā per se terminus g̃rationis ē natura. 2⁹ physicoꝝ. et. 2⁹ de aīa. ⁊ ꝑ se termin⁹ g̃ratiōis ē eē actu cōpositi. 7⁹ metaphisice nāq̄ reddit̄ rō q̄re cōpositū sit ⁊ nō ps. q̄ ei⁹ est esse igit̄ cadē rōne g̃ratur natura hoīs ⁊ eē illi⁹. 2⁹ q̄ sic generationis vni⁹ est vnus ꝑ se termin⁹ quo. sic ē vn⁹ per se terminus quod. sed terminus generationis q̄ est forma que seipsa ⁊ nullo alio dat esse. ergo per se terminus generationis q̄d est compositum ex materia ⁊ forma ⁊ nullo alio formaliter existens sicut habens esse. 3⁹ quia phus. 8⁹ metaphisice. dicit q̄ generatum est vnum quia generans trasfert illud quod erat in potentia ad actum ita q̄ ut cōmentor dicit ibidem: translatio non largitur multitudinem. s̄ perfectionem eo q̄ eadem realitas que erat in potentia est per translationem in actu. modo certum est q̄ realitas que erat in potentia nihil dicit nisi materiam cum forma possibili. igitur cum est actu non dicit nisi materiam cum actu perficiente ⁊ ita ipsum generatum non dicet aliud esse formaliter q̄ materiam ⁊ formam que pertinēt ad essentiam. Unde philosophus ponens principia intrinseca producti in esse nunq̄ posuit nisi materiam ⁊ formam. primo physicorum ꝑ. de generatione. 7⁹ et. 8. metaphisice. ⁊ 12⁹

constat aūt ꝙ si eē esset actus distinctus a materia ⁊ forma vnitis in re creata ⁊ facta: inuestigasset vltra materiā ⁊ formā .3m principiū gñati: qꝺ nō fecit. presertim cū omnis ꝓcessus termineṫ ad esse existentie. ¶ 5º arguit sic. Substātia naturaliṫ prior est omni accidente absoluto: qꝺ patet. quia causa est prior suo effectu. sed existētia subiecti ē causa existentie accidētis cui inest. vnde est ens: quia entis. 7º metaphisice. quia h esse in esse alterius. vbi cōmentator dicit. Indiuiduum substantie prius est indiuiduo accñtis eo ꝙ nihil inest alicui ut subiecto nisi illud qꝺ subijcit habeat esse. ¶ Cōfirmaṫ ſm scm̄ Tho. qui nō ponit nisi vnam formā in cōposito. quia in generatione forma substantialis imediate vniṫ materie prime. ita ꝙ oia accñia absoluta sequūtur naturaliter substantiā generatā. ⁊ ita in illo priori est substantia actu ante omne accidens absolutū. igitur esse qꝺ habet substantia generata actu ante omne accñs absolutū est substātia. quia substantie absolute non est accidēs ꝑncipiū aut ratio ꝑma essendi. ꝑ physicoꝝ. sed non ē sola materia nec sola forma. quia sola forma non ē totū esse cōpositi. igitur ē substantia cōposita. Et similiter pōt argui de substātia simplici. quia eo primo existit quo primo ē actu. quia eē est illud quo aliquid est actu. sꝫ natura rei simplicis est essentialiter actus. igitur simplex sua natura ⁊ nullo alio supaddito existit. ¶ 6º arguit: Non minꝰ perficit actꝰ substantialis in esse actu ꝙ̄ accñtalis. cum actus substantialis det esse simpliciter. sed actus accidentalis dat seipso ⁊ nullo alio eē accñtale ut albedo dat seipsa esse album actu dum actu perficit. nec requiritur aliud esse preter naturā albedinis ⁊ subiecti susceptiui. igitur actꝰ substantialis qui ē forma dū seipsa actu perficit materiam dat esse actu: puta forma ignis actu perficiens materiā dat esse actu in esse existentie ignis. nec requiriṫ aliud eē preter materiam ⁊ formam actu vnitam. ¶ 7º arguit ut dicit ex principijs sancti Tho. qui ꝓbat ꝙ in cōposito non ē nisi vna forma. Quia quod aduenit alicui post completam eēntiam est necessario accidēs. quia aduenit habenti formam ⁊ actum. igitur si esse differat ab eēntia aduenit enti habenti formā ⁊ actum ⁊ per cōsequens eē est accidēs: ⁊ sic substantia nō est actu ꝑ se: sed per accidens. ¶ 8º per eadem ꝑncipia. nam scūs Tho. alia forma arguit in dicto ꝓposito. quia ꝑma substantia non esset vnum per se. qꝛ includeret plures actus. sed si per rem additam prima substantia esset existens ipsa includeret plures actus: ⁊ ita ꝑma suba non esset vnū per se. ¶ 9º quia ſm eū h homo ⁊ hō non esset idem. quia hic hō dicit naturam cū essentia. homo autem solum dicit naturam. ⁊ ita hic homo compareṫ ad hominem ut totum reale ad suam partem. ⁊ est contra phm̄. 7º metaphisice ⁊ pluribus locis. ¶ 10º arguit. quia sicut substātia est vna per se: ne sit processus in infinitū. sic videtur per se existere: quia queram aut per se existit aut per aliud: ⁊ sic de illo in infinitum. Nec valet si dicatur ꝙ esse non ē quod existit: sed quo existit. tum quia sic posset impediri ratio cōmētatoris. quia vnitas non ē vna: sed esset quo aliquid est vnum. ⁊ tamen ratio illa cōcediṫ procedere. igitur ⁊ h. quia nō magis ē dubium de vnitate ꝙ̄ de esse. tum quia transcendētia ratione sue cōmunitatis de quibus predicātur in cōcreto predicantur in abstracto. nam vnitas est vnū ⁊ qꝺ est ens est essentia. tum 3º quia non minus ē de transcendentibus existere ꝙ̄ vnum. quia sicut omne ens est vnum: ita omne ens existit. ⁊ sicut est ens ī potentia: ita est existens in potentia. Ex hoc viteriꝰ arguo ſm phm̄. 10º metaphisice. Transcendentia conuertibilia cum ente non aliud predicant ꝙ̄ substantiam ⁊ naturā eius de quo dicuntur. ⁊ ratio est. qꝛ quicunq̄ aliqua ī creaturis sūt idem realiter: de quo predicatur vnum per realem idēptitatē predicatur reliquū: sed transcendētia sunt idem realiter. igitur cum existentia sit transcendens sicut est res uel natura: cum natura nō differat ab eo cuius est. sequiṫ ꝙ existere nō differt ab eo cuiꝰ ē. ¶ 11º arguit. Resolutio reistat in ea ex qbꝰ consistit ipsa res. sed res existens non resoluitur nisi per resolutionem ꝑncipiorum pertinentium ad naturam ⁊ quidditatē eius: ut corruptio sortis qua fit non existens non cōsistit nisi in separatione anime a corpore. igitur non alio sortes existit nisi per anime ⁊ corporis vnionem. vnde ad existentiam rei non plus requiritur nisi realis entitas eēntialis actualitatis. quare enim essentia rose non existit. quia nō est realis entitas ſm propriam essentiam ⁊ naturam sed est solum in potentia suarum causarum ideo non est realis essentia nisi in potentia: ita ꝙ rosa eomodo quo est ſm esse essentie est ſm esse existentie. vnde sicut rosa est essentia ⁊ res non actu sed in potentia: ita existit in potentia ⁊ non in actu. quia tamen existētia magis concernit actum ꝙ̄ essentia. ideo ſm rationē magis verificaṫ eēntia de non ente actu ꝙ̄ existere. ¶ 12º arguit Godofredus in quolibet 1. Abstractum enim ⁊ concretum solum grāmaticaliter distinguūṫ sed esse ⁊ essentia distinguūtur sicut abstractū ⁊ concretum. essentia nāq̄ est nomen abstractum ab esse sicut humanitas ab homine. ergo videtur ꝙ solū grāmaticaliter distinguāṫ. ¶ 13º arguit ꝙ Augꝰ. dicit 5º de trinitate ꝙ sicut ab eo quod est sapere dicta est sapientia ita ab eo qꝺ est esse dicta est essentia. sed sapere ⁊ sapientia solū grāmaticaliter distinguūtur sicut cursus ⁊ currere: lux ac lucere. igitur esse ⁊ essentia solū differūt grāmaticaliṫ. ¶ 14º arguit. Que differūt solū sicut nomen ⁊ verbū solum differūt grāmaticaliṫ sed esse ⁊ essentia se habēt sicut nomen ⁊ verbum. qꝛ sicut calor et calere: cursus ⁊ currere. igiṫ. ¶ 15º Sicut se habet vita ad viuere: sic se habet essentia ad esse. viuere nāq̄ viuētibus est esse ſm phm̄ 2º de anima sed vita ⁊ viuere solū differunt sicut nomen ⁊ verbū ergo hoc modo differunt essentia ⁊ esse. ¶ 16º arguit. Si essentia ⁊ esse cōponunt sicut actus ⁊ potentia: aut essentia est in potentia simpliciter aut ſm quid. si in potentia simpliciter. sequitur ꝙ sit materia ⁊ esse forma substantialis. si vo sit in potentia ſm qd tūc erit in actu simpliciṫ: ⁊ ꝑ ꝯsequēs erit in actu simpliciter sine eē qꝺ ē impossibile. ꝗ eēntia ⁊ eē nō com

ponunt ens creatū. ¶ 17° arguit sic. Omne esse est a forma. aut ḡ ē ipsamet forma aut aliqd effectū a forma. si ipsamet forma. habetur ꝓpositū. quia forma ē pars essentie. si vo sit aliquid derelictū a forma. tunc effectus cause formalis ē effect⁹ cause efficientis. qḋ est falsū. cū hec sit differētia inť causalitatē efficientis ⁊ forme ꝙ effect⁹ formalis est ipsamet forma. ḡ nō pōt poni ꝙ esse sit aliud ab essentia. ¶ 18° Si esse differat ab eēntia tanq̄ res alia. aut ē creatura aut creatrix essentia. sicut dicit Boetius in libro de ortu scientiarum. sed constat ꝙ essentia non est creatrix eēntia. ḡ creatura. querit̄ ḡ de illa vtrū sit aliqua essentia uel nulla. si aliqua. habeť ꝓpositū ꝙ eē ⁊ eēntia sūt idem in creatura. si vo nulla. penit⁹ nihil ē. qḋ eni nulla eēntia est penit⁹ nihil ē sm̄ Aug⁹. ḡ non pōt distingui realiter esse ⁊ eēntia. ¶ 19° Manente eadē causa manet idem effect⁹. ⁊ si ē eadē rō debet idē poni. sed oēs rationes quib⁹ ꝓbať ꝙ esse differat ab essentia ꝓbant ꝙ esse differat ab eē. ut patet p illā q̄ est de indifferentia: eque eni indifferēs ē esse ab eē ⁊ nō eē sicut eēntia cū sit creatura. ⁊ p illam de participatiōe. quia eē ita ꝑticipat sicut eēntia cū vtrūq̄ sit quedā silitudo dei. ⁊ p illā de reductiōe i nihil. quia eē ita pōt redire in nihil sicut eēntia. ⁊ sic de oībus alijs rōnib⁹. ḡ cū constet ꝙ eē non differt realiter ab eē nō oportet dicere ꝓpē illas rōnes ꝙ eēntia differat ab eēntia realiť. ¶ 20° arguiť. Quecūq̄ sūt aliq̄ distincta realiter vnū pōt p diuinā potētiā ab alio separi. sȝ eēntia nō pōt separi ab esse. alias si separeť eēntia eēt sine eē ⁊ eē absq̄ eēntia qḋ implicat ↄ̄dictionē. igiť illud nō pōt poni. ¶ 21° arguit sic Aureol⁹. Nulla res ē alia ab eo q̄ formaliť est extra nihil. qꝛ dato opposito seqť ꝙ inq̄tū alia est extra nihil. ⁊ inq̄tū alia nō est extra nihil. nō enim est alia inq̄tū nihil imo si aliq̄ ē extra nihil nō ē extra nihil inq̄tū alia. aliogn nō p illā erit extra nihil. sed constat ꝙ eēntia ē extra nihil p eē actualis existentie. nihil eni aliud accipim⁹ hic p actualē existētiā nisi positionē in rerū nā qḋ est poni extra nihil. oīs aūt eēntia poniť ex̄ nihil p positionē extra nihil formaliter. ḡ positio extra nihil erit actualis. ⁊ p ↄ̄ñs eēntia poniť ex̄ nihil p actualē exñtiā. necesse est igiť ꝙ positio extra nihil siue actualis exñtia nō sit alia res ab illa q̄ poniť extra nihil ⁊ existit p eā. Nec valet inq̄t si dicatur ꝙ eēntia ē quedā alia res q̄ formaliť ē extra nihil. p esse subiectiue aūt ē ex̄ nihil seipsa. nec oportet ꝙ sit vna res. sicut subiectū ⁊ illud cui subijciť non sūt vna res. Illud inquā nō valet. qꝛ eē qḋ ꝑficit eēntiā tāq̄ subiectū ⁊ ponit eā extra nihil. subiectiue quidē ex parte ipsius. formaliť aūt ex ꝑte sui. illud inquā esse aut ꝑficit nihil tanq̄ subiectū ꝓpriū ⁊ trahit nihil extra nihil aut ipsam essentiā q̄ est extra nihil. sed p̄mū dari non pōt aliogn nihil esset sub eē ⁊ nihil traherež ad eē. qḋ est impossibile. si autē detur 2m. habeť ꝓpositū ꝙ idē abstractū ē res posita extra nihil seipsa. ⁊ per ↄ̄ñs i lapide res lapidis non p esse additum sed seipsa formaliter est extra nihil. ¶ 22° arguit sic. Nulla res ē alia ab ea qua ponitur in rerū natura. si eni sunt due res: illa res qua ponitur in rerū natura prout subijcitur uel est res posita in rerū natura seipsa aut per aliā cui subijciť. si seipsa habeť ꝓpositū. si p aliā cui subijcitur aut illa imp̄mit aliā realitatē ei q̄ subijciť a ꝓpria realitate sua. aut coīcat sibi eandē. non pōt dici ꝙ aliam sibi imprimat. quia tunc se haberet per modū agētis ⁊ non per modum forme. ⁊ iterū illa realitas impressa suscipienti recipiet recipiens tāq̄ subiectū. ⁊ queriť: vtrū subiectū ⁊ realitas impressa erūt eadē res. ⁊ si sic standū erat in primo. si nō. tunc ꝓcediť in infinitū. nō pōt ḡ poni ꝙ aliā realitatē imprimat. relinquitur ḡ ꝙ coīcet sibi ꝓpriā suā realitatē ⁊ suā ꝓpriā positionē in rerū natura. ⁊ p ↄ̄ñs non est ibi nisi vnū positū in rerū natura cū subiectū seipso nō sit positū sȝ per illud cui subijciť aliud. nec p illud cui subijciť aliqd sit positū nisi illud qḋ est id: ꝑsū. ꝓpositio ḡ p se nota ē ꝙ nulla res est alia ab ea qua poniť in rerū natura extra nihil. sed lapis ē extra nihil in rerū natura per suū esse. ḡ lapis nō ē alia res a suo esse. ¶ 23° sic. Nulla ꝑfectio ponit suū perfectibile uel susceptibile in rerū natura. nulla nanq̄ perfectio dat suo susceptibili ꝙ possit subijci ⁊ perfici. sed supponendo ꝙ possit subijci ⁊ perfici ⁊ recipere perfectionē perficit illud in actu. de rōne autē ei⁹ qḋ possit subijci ⁊ perfici ⁊ deferre est ꝙ sit extra nihil positū i rerū nā. nihil eni nō pōt subijci nec ꝑfici nec deferre. ⁊ siliter nec positū extra nihil i rerū natura pōt deferre aut sustētare nisi rem. ⁊ perfici nisi per rem. sed cōstat ꝙ eē ponit essentiā extra nihil in rerū nā. ḡ impossibile est ꝙ respiciat ipsam ut suū perfectibile ita ꝙ sit alia res. sicut perfectio ⁊ ꝑfectibile reale Nec valet si dicať ꝙ per istā rōnē mā nō differt a forma realiter. eo ꝙ mā poniť extra nihil per formā. nec ē in rerū nā nisi per formā. alias eēt p̄cisa res ⁊ actualis. cui⁹ oppositū declaratū ē in tractatu de p̄ncipijs ꝑhisicis. Siquidē h̄ nō valet. nō eni ē verū q̄n materia sit extra nihil seipsa. ⁊ q̄n sit posita extra in rerū natura seipsa. qḋ patet qꝛ ei⁹ entitas est qḋ ē purū perfectibile ⁊ actuabile ⁊ purū terminabile carēs oī ꝑfectione ⁊ termino ⁊ actu. nec tñ ꝓpter h̄ est nihil. cū nihil nec sit ꝑfectibile nec ťminabile nec actuabile. vñ mā non ē actu sed actuabilis p actū. nec perfecta sȝ perfectibilis p perfectionē. nec terminata sed terminabilis per formā q̄ ē perfectio ⁊ termin⁹ ⁊ actus. sic igiť per formā non poniť extra nihil cū per formā nō sit purū perfectibile imo actu perficiatur. est tñ extra nihil per hoc ꝙ est purū perfectibile. ⁊ per hoc ē aliquid in rerū natura. ⁊ per ↄ̄ñs rō cōcludit ꝙ lapis est in rerū natura posit⁹ ⁊ existēs penit⁹ extra nihil nō p aliqd additū. ⁊ per ↄ̄ñs superflue poniť aliud esse distinctum. Nec valet etiā si dicať ꝙ eodē mō essentia est quoddā potētiale. ⁊ ita non pōt poni per se in rerū nā sicut nec materia. Hoc siquidē nō valet. sufficit enim ꝙ tota realitas cū sua materia ⁊ forma actuali sit posita extra in rerū natura ⁊ extra nihil seipsa. tūc enim erit actualis quidditatiue inq̄tū materia ē actuata. lapis etiā erit actualis quia oīo extra nihil ē posit⁹ in rerū natura. ⁊ sic eēt penit⁹ actualis ⁊ in nullo potentialis. nec apparet qd habeat lapis ampli⁹ expectare ex quo est seipso positus in rerum natura. ¶ 24° sic.

Nulla res differt a sua realitate. si eni differt. iã alia realitas. ⁊ p oñs non sua. sed esse est realitas essentie. nõ eni esse est nihileitas essentie sicut patet. qđ nõ est lapidis est nihileitas lapidis. lapis eni dũ non est nihil est ipsum esse. igit̃ aliqd aut aliq̃ realitas est ipsũ esse. ğ esse lapidis est sua realitas. ⁊ sic de oĩ esse ⁊ oĩ essentia. ğ impossibile est q esse sit alia res ab eẽntia. Et si dicat̃ q res sumit̃ dupliciter. vno modo p re essentiali. ⁊ sic nõ est verum q esse lapidis sit sua realitas. alio mõ p realitate actuali. ⁊ sic est verũ. vñ in lapide actualiter exñte sunt due realitates. vna quidem eẽntialis puta lapideitas. ⁊ alia actualis puta eẽ. Siquidẽ hoc nõ valet. qm̃ realitas essentialis lapidis habet q sit realitas ex ipso esse aut seipsa ⁊ sine esse. sed habet sine esse q sit realitas extra i rerũ natura. ğ res sine eẽ põt eẽ in rerũ natura ⁊ extra nihil qđ est cõtradictio. si vo habet q sit realitas nõ a se sed p esse. aut esse imp̃mit illã realitatem. ⁊ sic erit efficiens ⁊ imprimens qđ est impossibile. aut nõ imp̃mit suã realitatẽ sed eandẽ coicat. ⁊ tũc habet̃ ppositũ q esse est realitas essentie indifferens ab ea. ❡ 25°. arguit sic. Nulla res differt a sua actualitate q̃ ẽ ex̃ nihil. nõ loquor de actualitate q̃ est terminꝰ ⁊ pfectio ⁊ cõplementũ: qualem actualitatẽ importat forma respectu materie. non eni ponit eã extra nihil. ut s̃ dictũ est. sed ponit eam in esse terminato ⁊ pfecto. qm̃ ante erat pfectibile purũ ⁊ purũ indistinguibile. sed constat q esse est actualitas nõ 2° modo videlicet tãq̃ terminꝰ ⁊ modus ⁊ cõplementũ. sed tanq̃ ponens extra nihil ⁊ in rerũ natura. eẽntia eni dũ actu nõ est nihil est ⁊ in rez nã nõ est. ğ impossibile est cũ eẽ sit talis actualitas q differat ab essentia. Et confirmat̃ qm̃ quelibet essentia est quedã actualitas. lapideitas eni ẽ quedã actualitas. vñ non oportet dum ponit̃ in esse q addat̃ sibi aliqua actualitas. ❡ 26°. arguit sic. Affirmatio rei nihil addit ad rem affirmatã. sicut nec negatio tollit aliquid nisi rem quã negat. patet eni q nõ homo negat solũ hominẽ ⁊ affirmatio hoĩs nihil aliud ponit sz illud affirmat. si eni poneret̃ aliud iam nõ esset affirmatio p̃cedentis sed appositio ante negati. sed positio lapidis in rerũ natura nõ est aliud q̃ affirmatio realitatis lapidis. qđ patet ex hoc q qm̃ negat̃ lapis poni in rez natura. negat̃ lapis ⁊ realitas illius. vñ nihil est dictu lapidem esse q̃ lapidem realitatem habere. ğ poni lapidem in rerũ nã non est alicuiꝰ noue rei additio sed eiusdẽ rei affirmatio. Et si dicat̃ vlteriꝰ q affirmatio ⁊ negatio respiciũt lapidẽ ⁊ modũ substracti nõ valet. affirmatio eni nõ respicit rem p modũ substracti. sed ẽ ipsamet res. homo eni ⁊ nõ homo opponũt̃ sicut affirmatio ⁊ negatio. ⁊ eodem modo opponũt̃ res ⁊ non. ❡ 27° arguit sic. Illa sũt penitꝰ idem quibꝰ opponit̃ penitus eadem negatio. sed nihil opponit̃ directe realitati essentie ⁊ realitati esse. p̃uatio eni esse lapidis ẽ lapidem simpliciter nihil esse ⁊ nullã realitatẽ habere nec essentialem nec actualẽ nec aliã. ğ manifeste apparet q nulla realitas erat in lapide nisi esse. ⁊ p oñs realiter idem sunt in eo essentia ⁊ esse. Et si dicat̃ q duplex ẽ nihil. vnũ qđ opponit̃ realitati eẽntie. aliud qđ opponit̃ realitati eẽ. si sic. dicat̃ distinguẽti de nihilo do nihili medietatẽ ⁊ eligit quã vult. ɔstat eni q in nihilo distinctio nõ cadit. ❡ 28° arguit sic. Conceptus entis applicatꝰ ad lapidem non addit sibi aliquã rem ut s̃ fuit pbatũ. ⁊ patet. quia si adderet lap̃. esse nihil quasi existens extra cõceptũ entis. sed cõceptꝰ entis ⁊ conceptus esse est vnꝰ ⁊ idem. nisi q ens cõcipit̃ per modũ status ⁊ quietis. esse vo p modũ cuiusdã fieri ⁊ egressus. ğ esse additũ lapidi ⁊ sibi applicatũ penitus nullã rem addit. ❡ 29° arguit sic. Quandocũq̃ aliqd diuidit̃ p duas differentias si vna totalit̃ destruit diuisũ reliqua nihil addit ad diuisũ nec sm rem nec sm rationẽ. sed tm̃ affirmat ipsũ. vbi gratia. homo diuiditur p verũ ⁊ pictũ. pictũ aũt totaliter tollit hominẽ sequit̃ eni: homo est pictus. ğ nõ est homo. ⁊ ideo verus nihil addit ad hominẽ. homo eni verꝰ nõ est nisi homo nec sm rem nec sm rationẽ. sed cõstat q ens diuidit̃ p ens actu existens ⁊ p ens in potentia. ⁊ altera differentiaz puta potẽtia totaliter destruit ens. sequit̃ eni: est lapis in potẽtia ğ nõ est lapis. ğ altera differentia puta actualitas ⁊ existere nihil addit ad ens nec sm rem nec sm rõnẽ. ❡ Confirmat̃ qz si lapis concipiat̃ ut non positus in esse. statim cõcipit̃ ut nihil. ita q destruit̃ tota realitas lapidis. ğ qm̃ cõcipiet̃ ut positus i effectu nihil addet̃ nec sm rem nec sm rõnẽ. vñ qz nõ positio lapidis est pura negatio lapidis. sequit̃ q positio lapidis est pura affirmatio eiꝰ ⁊ pura veritas. ⁊ p oñs nihil addit. ❡ 30. arguit sic. Iste due equipollent lapis ẽ ens nũc ⁊ in actu. sed ens nõ addit rem nec rationẽ ad lapideitatẽ nec ecõuerso. sed est eadẽ rõ implicita ⁊ explicita. explicita quidẽ p lapidem. ⁊ implicita in ente. ğ dicẽdo lapis est ens nõ addit̃ res nec ratio q̃ predicet̃ de lapide. ❡ 31°. arguit. Ita se habet eẽ ad eẽntiã sicut se habet conceptꝰ alicuiꝰ rei sigñ verbaliter ad cõceptũ eiusdẽ rei significatũ noialit̃ ⁊ ecõtra. esse eni ⁊ ens ⁊ eẽntia se hñt sicut cursus currere ⁊ currens. ⁊ sicut flos floritio ⁊ florere. sed eadẽ res ⁊ ratio ⁊ intẽtio claudit̃ in cõceptu importato p nomẽ ⁊ in cõceptu importato p verbũ. nec ibi duo cõceptꝰ aliquo modo differunt rõne sz tm̃ in modo cõcipiendi illã rem ⁊ rõnẽ. ⁊ h est qđ dicit cõmẽtator 3°. physicoz cõmento 9°. ait eni q pp̃ter famositatẽ istiꝰ distinctionis. s. quõ oẽs intentiões diuidũt̃ in habitꝰ quiescentes ⁊ mobiles: oẽs gentes in hoc cõuenerũt q posuerũt nominationũ p̃ncipiũ nomen ⁊ verbũ. ⁊ posuerũt cuilibet forme quiescẽti nomẽ: ⁊ verbũ cuilibet forme mobili. ⁊ posuerũt ptes indeclinabiles ad collationem inter illa duo. hec cõmẽtator. vñ patet q oĩs ratio põt concipi modo quiescentis. ⁊ talis conceptꝰ exp̃mit̃ p nomẽ. ⁊ modo fieri ⁊ egressus. ⁊ talis exprimit̃ p verbũ. ğ esse ⁊ essentia non differũt penes rem aut rationẽ additã. Nec valet si dicat̃ q hoc habet verũ de esse essentie ⁊ nõ de esse existẽtie. nõ valet inquã qz hic loquimur de eẽ qđ p̃dicat̃ in ista ppositiõe rosa est. constat eni q attribuit rose ⁊ enũciat de ea cõceptũ entis in actu. vñ sensus ẽ q rosa ẽ extra nihil ⁊ q cõceptꝰ entis actualit̃ sibi cõpetit. ⁊ p oñs li est p̃dicat cõceptũ entis. ⁊ importat ipsũ p modũ verbi. ⁊ sic pcõceptũ entis.

dit ratio facta q̄ non addit rem nec ratione͂ aut inten
tionem aliquā sed dicit conceptū entis alio mō. ❡ 32°
arguit. qz ſm cōme͂tatore͂ 2° metaphisice. cōme͂to 8°.
Auice͂na fuit in hoc decept⁹ qz credebat q̄ ens signi/
ficaret aliqd additū essentie rei. vn̄ verba cōmenta/
toris sūt hec. Auice͂na dixit q̄ ens ⁊ vnū signt inten/
tione͂ additam essentie rei. nō eni͂ opinat̄ q̄ res ē ens
p se sed p dispositione͂ additā ei: ut dicim⁹ aliquid eē
album. vnū igit̄ ⁊ ens apud ipsū signt accn̄s in re. ⁊ iā
dixim⁹ impossibilia huic opinioni in alijs locis. ⁊ post
continget ei h̄. s. q̄ aut illud accn̄s est ens ⁊ vnū per
aliud additū aut p se. si per aliud additū, pcedit̄ in in/
finitū. si per se. ḡ concessum est aliqd esse vnū ⁊ ens p
se. sed deceperūt eū duo. s. qz opinabat̄ q̄ vnū qd̄ est
pncipiū quātitatis est vnū qd̄ est synonimū enti. ⁊ qz
hoc vnū numerat̄ in accidentib⁹ estimauit q̄ vnū qd̄
signt oia predicamenta est accn̄s. ⁊ etiā fuit decept⁹ qz
ignorauit differe͂tiā inter hoc nome͂ ens qd̄ signt gen⁹
⁊ qd̄ signt verū. qd̄ eni͂ signt gen⁹ est accn̄s. ⁊ qd̄ signt ve/
rum signt vnūquodqz dece͂ pdicamentoꝝ multiplicit̄
hec ille. Item 4° metaphisice. cōme͂to 3° dicit cōme͂
tator. Auice͂na multū peccauit in hoc q̄ estimauit q̄
vnū ⁊ ens signt dispositiōes additas essentie. ⁊ mirū
de isto hoīe quō errauit tali errore. Et post subdit. Jō
dicim⁹ q̄ substātia cuiuslibet vni⁹ est esse ei⁹. ⁊ iō dici/
mus q̄ suba cuiuslibet vni⁹ p quā est vnū ē suū esse p
quod est ens. hec cōmentator. Ex quib⁹ videt̄ q̄ opi/
nio ista est ꝯ cōmentatore͂ ⁊ ꝯ Aristotele͂. ❡ 33° arguit
sic Barro. Si esse differat ab eēntia realiter tūc que/
stio an est esset questio pone͂s in nūeꝝ sicut q̄stio qz est
⁊ ppter quid. ꝯn̄s est falsū ⁊ ꝯ Ar. 2° posterioꝝ ca° p°.
tenet ꝯn̄a. qz si esse differat ab essentia. tūc cū querit̄
an rosa sit īportabat̄ an eē ꝯueniat rose sicut alia res
a rosa. q̄stio eni͂ an est habet p subiecto essentiā ⁊ pro
pdicato esse. ❡ 34° arguit ide͂ sic. qz Linconiensis di/
cit super illo verbo Aristotelis q̄ esse ⁊ essentia nec in
deo nec in pma cā ponūt in nūeꝝ. ❡ 35° arguit. qz si eē
differat ab essentia realiter tūc pus crearet̄ eēntia q̄
eē. Aug⁹ eni͂ dicit 7° sup Gen. q̄ pus creat̄ mā q̄ for
ma qz potentialis ē. ❡ 36° arguit q̄ creatura ſm illud
qd̄ est est termin⁹ creatiōis. ⁊ p ꝯn̄s quicqd est in ea est
aliqs actus ⁊ aliqd̄ esse. ḡ relinquit̄ q̄ esse non differt
realiter ab essentia. ❡ 37° arguit̄ sic ab alijs. Creatio
terminat̄ ad esse. sed p creatione͂ nihil acquirit̄ nisi re/
spect⁹ ad efficie͂s. tota eni͂ realitas q̄ fit ab eterno ut ex/
emplata. ⁊ p ꝯn̄s habuit esse essentie. ḡ esse existentie
nihil addit ad essentiā nisi esse pductū ⁊ respectū ad
pducens. ❡ 38°. Existere non est aliud q̄ extra siste/
re. extra scilicz suas causas. sed poni extra virtutem
cause efficientis. ⁊ vlr̄ poni extra cām dicit respectū
ad cām extra quā est. ḡ esse dicit formaliter respectū
ad cām. ❡ 39°. Quandocūqz aliqd vnū, ⁊ idem trans/
fert̄ de pote͂tia in actū nihil acquisiuit absolutū. alio/
qn iam nō esset ide͂ numero. sed res q̄ pus fuit possibi
lis eade͂ numero ponit̄ in effectu. lapis eni͂ qui prius
non erat postmodū est idem numero. ḡ p esse nō ē ac/
quisitū aliqd absolutū. sed tm̄modo respect⁹ ad trans/
ferens de potentia in actū. ❡ 40. plus dicit 9° me/
taphisice. q̄ nomen act⁹ transsūptū est ab actione. vn̄
poni i esse ⁊ poni de facto ide͂ eē videt̄. sz poni in actu
uel in acto esse ⁊ pfecto nō dicit nisi respectū ad pdu/
cens ⁊ agens ⁊ faciens. ḡ esse existentie solū addit ad
essentiā respectū ad agens. ⁊c̄.

Ad ista argumenta dicit̄. Ad primū
quide͂ q̄ li per se
pōt excludere p aliud tanq̄ subiectū uel receptiuū. ⁊
tūc concedit̄ q̄ aliqd̄ creatū est ens p se sicut suba q̄
non est ens p aliud susceptiuū. ⁊ iō dicit̄ ens p se. Lin
coniensis p° posterioꝝ ca°. 4°. dicit. Dicit̄ aūt p se eē
qd̄ p efficiente͂ cām non est. sic sola pma causa p se est
Dicit̄ 2° p se esse qd̄ p cām māle͂ non est. ⁊ sic dicunt̄
intelligentie p se entes uel per se stantes. Dicit̄ etiam
p se esse qd̄ per subiectū non est. ⁊ sic dicitur oīs sub/
stātia ⁊ sola p se esse. hec ille. Alio⁹ li p se pōt exclude/
re per aliud tanq̄ formale. ⁊ sic nec essentia substantie
nec accide͂tis essentia est ens p se sed p aliud formale͂
s. p esse ⁊ hoc loquendo de li ens prout est participiū.
⁊ signt tantū quātū hoc qd̄ dico existe͂s. Jsto modo eni͂
quelibet essentia creata est ens p aliud ⁊ non p se, put
li p se excludit formale ⁊ nō solū susceptiuū vn̄⁹ qd̄ ē.
❡ Ad 2m dicit̄ q̄ esse creature ut pus dictū fuit in p°
articulo nō subsistit. ⁊ ideo nec illi debet̄ pprie eē nec
fieri nec creari. ac p h̄ nec dicit̄ pprie creatura sz qd
concreatū. tale aūt nō oportet q̄ participet aliud eē
distinctū a se. aut q̄ acquirat esse. si eni͂ tale qd dicat̄
esse h̄ est alio mō q̄ eēntia sit. vn̄ ſm scm̄ Tho. de ve/
ritate. q. 21. arti. 4°. ad 4m. Tripliciť dicitur aliquid
ens. Primo mō dicit̄ aliqd eē qz in se subsistit. 2° mō
qz est pncipiū subsiste͂di ut forma. 3° mō qz est disposi/
tio subsiste͂tis ut cecitas. ⁊ iō cū dicim⁹: esse est ens si
pcedat̄ sic. igitur est aliquo ens uel se uel alio. pces/
sus non sequit̄. qz nō dicebat̄ hoc mō ens sicut aliqd
in suo esse subsiste͂s est ens. sed sicut quo aliqd est. vn̄
non oportet̄ querere ipsi esse aliquid quo sit. sed vtrū
ipso eē aliqd sit qd̄ sit ide͂ ei uł distinctū ab eo. hec ille i
forma. Ex qb⁹ patet q̄ nō seq̄t̄: eēntia creata pticipat
esse. ḡ a simili esse creatū pticipat eē. nec sequit̄ eēn/
tia creata ē p aliud a se. igit̄ esse creatū ē p aliud a se.
Nec valet si dicat̄: esse creatū est extra nihil. igit̄ ē p/
prie ens. quia extra nihil nō solū ē qd̄ est. imo etiā dis/
positiōes entis: que nō dicunt̄ pprie ⁊ formalit̄ entia
sz entis. ⁊ in h̄ differūt a penit⁹ nihilo. ❡ Ad 3m negat̄
diuisio q̄ ibi fit. illa eni͂ diuisio entis in subam ⁊ accn̄s
est diuisio entis put dicit essentiā ⁊ nō put dicit actū
existendi ſm q̄ ponit scūs Tho. 2° quolibet. q. 2. arti.
p°. ⁊ iō licz oīs eēntia sit suba uel accn̄s. non tn̄ oē qd̄ ē
aliquid entis ē suba uel accn̄s nisi reductiue. esse eni͂
sube reducit̄ ad gen⁹ sube. ⁊ eē qualitatis ad genus
qualitatis. sicut eni͂ pūct⁹ reducit̄ ad gen⁹ quātitatis
tanq̄ pncipiū eoꝝ q̄ sūt i illo genere uel vna illi⁹ speci/
es. ita eē sube reducit̄ ad gen⁹ sube q̄si formale oīuz
q̄ sūt in illo. act⁹ eni͂ ⁊ pote͂tia ad idem gen⁹ reducūt̄.
Jsto modo ḡ concesso q̄ esse sube sit de genere sube.
nō sequit̄ q̄ sit mā uel forma uel ꝯpositū. nec q̄ tres
sube sint in cōposito sed due. ⁊ actualitas cōpositi q̄
reducit̄ ad ide͂ gen⁹. eē eni͂ lapidis nō ē i genere sube

sicut essentia p se cōtenta sub genere. nec sicut pars
essentie. iō nec est cōpositū subale. nec pars ei⁹. sȝ qꝛ
est act⁹ cōpositi ⁊ suaꝝ partiū. dico tñ ꝙ esse sube pos
set dici accñs iuxta aliū modū loquendi. ut ꝑus in p̄
articulo dicebaẗ. ẜm ꝙ oē qd̄ est ꝑter rōnē alicui⁹ di
citur ei accidere. ⁊ de tali accñte loquēdo nō oportet
ꝙ supponat suū subiectū existere. nec est incōueniēs
ꝙ suba sit p illud ⁊ existat: aut ꝙ sit actuali⁹. Similiẗ
non sequiẗ ꝙ suba q̄ habet esse per illud accñs sit ens
per accñs eo mō q̄ Aristoteles loquiẗ de ente p accñs
s. ꝙ includit res diuersoꝝ generū. nec sequiẗ ꝙ tale
accñs sit ens per se ꝑmo. nō eni ꝓprie ē qd̄ ē sed q̄ est.
¶ Ad 4ᵐ diciẗ ꝙ hᵒʳ est vera loquendo de illis q̄ ge
nerant vnica gnātiōe: sic ꝙ quodlibet illoꝝ est quod
gnātur. ⁊ iō concediẗ ꝙ hō ⁊ existens hō ⁊ vn⁹ hō idē
sūt realiẗ. qꝛ vnica gnātiōe generāẗ illo mō. Si autē
aᵒʳ intelligatur de gnātis quoꝝ vnū se hȝ ut qd̄ aliud
ut quo uel ambo ut quo. nō est vera. qd̄ patet qꝛ lapis
⁊ partes ei⁹ essentiales vnica gnātiōe gnānẗ. ⁊ tñ la
pis nō ē sua ps essentialis. ⁊ iō qꝛ hᵒʳ ad sensū istū ne
gatū ē vera. ⁊ ad sensū quo cōcessū est argumētū nō
valet. vñ ꝑma ꝓbatio minoris falsū assumit dicendo
ꝙ per se termin⁹ gnātiōis est esse cōpositi si loquaẗ de
termino qd̄. esse eni nō est termin⁹ gnātiōis. 2ᵃ similiẗ
ꝓbatio deficit supponendo ꝙ sola forma sit termin⁹
generatiōis cōpositi ut q̄. ⁊ ee teneat se a pte termini
ut qd̄. hͦ eni falsū est. cū esse min⁹ subsistat q̄ꝫ forma. ⁊
ꝯñter min⁹ habeat rōnē generati q̄ꝫ forma. imo poti⁹
est termin⁹ q̄ q̄ꝫ forma. 3ᵃ deniqꝫ probatio deficit. licȝ
eni realitas q̄ actualiter gnātur non dicat intrinsece
nisi māᵐ ⁊ formā actuātē. tñ illa realitas nūq̄ꝫ termi
naret gnātionē nisi ut substracta actui q est esse. ita ꝙ
esse est tali realitati rō terminādi gnātionē. nec tamē
est ps illi⁹ nec intrinsecū illi. sed act⁹ ei⁹. ḡ sūt ibi duo
termini q̄. vnus est forma. ali⁹ est esse. forma est termi
nus quo inq̄ꝫtū ē ꝑncipiū terminādi ꝓductionē. sȝ eē
ē termin⁹ q̄ tāq̄ꝫ formalis terminatio fluens a forma.
Illud aūt qd̄ addit arguēs de negligētia Aristotelis
⁊c. Dico ꝙ Arꝭ. inestigauit ꝑncipia intrinseca substan
tie cōposite. s. māᵐ ⁊ formā. esse aūt nō est ꝑncipium
intrinsecū sube. imo ē totaliter extra quidditatē eius
⁊ cuiuslibet sube create cū sit participatio essentie in
create. iō ista inq̄sitio non spectat ad tractatū de rerū
quidditate uel de ꝑncipijs rerū uel sube cōposite. sed
in multis locis dicit Arꝭ. ꝙ gnātio terminaẗ ad eē. sic
5ᵒ physicoꝝ. et p̄ de gnātiōe. Utꝝ aūt esse distinguaẗ
ab eo qd̄ est ⁊ subsistat: habeẗ partim ab eo 2ᵒ. poste
rioꝝ vbi ē allegatū est. ⁊ partim a suis discipulis. pu
ta Auicen. Alph. Algaçele. Boetio. Actore de cau
sis. ⁊ a sanctis doctorib⁹. ¶ Ad 5ᵐ diciẗ ꝙ esse non est
accñs loquendo de esse subali illo mō q̄ res collocata
in alio p̄ñto q̄ꝫ sube diciẗ accñs. sȝ pōt dici accñs mo
do superi⁹ expresso. qꝛ ē extra rōnē essentie create. ⁊
ꝑticipatio essentie increate. tale ḡ esse licȝ non sit acci
dens ad mentē arguētis. nō tñ est suba sed substātia
le quid. ⁊ iō non oportet ꝙ sit mā uel forma uel cōpo
sitū. sed act⁹ sube subsistētis ⁊ quedā ꝑme forme. Qd̄
aūt addiẗ de suba simpliciter. diciẗ ꝙ ipsa est seipsa in

actu non tāq̄ꝫ ipsa sit actualitas eēndi. sed poti⁹ quia
se tota ē forma. ⁊ p ꝯñs essentia ei⁹ ẜm qōlibet sui est
ꝑncipiū essendi. non sic de suba cōposita cui⁹ sola vna
ps ē ꝑncipiū essendi. ¶ Ad 6ᵐ negaẗ hᵒʳ. nec eni esse
accñtis ē ipsūmet accñs. sicut nec eē lapidis est lapis
Similiẗ nec eē qd̄ dat accñs ipsi subiecto: ē ipsū accñs.
vñ ẜm ꝙ ostēdit scūs Tho. in tractatu de esse ⁊ essen
tia. Illud inq̄t cui aduenit accñs ē ens in se completū
subsistēs in suo esse. qd̄ quidē esse nāliter ꝑuenit acci
dens qd̄ supuenit. ⁊ iō accñs supueniēs ex ꝯiūctione
sui cū eo cui supuenit non causat illud esse in quo res
subsistit p qd̄ res ē ens per se. sed causat quoddā esse
2ᵐ sine quo res subsistēs intelligi pōt esse sicut ꝑmū
pōt intelligi sine 2ᵒ. hec ille. Et si dicaẗ ꝙ qua ratione
forma accñalis impꝑmit subiecto suo tale eē distinctū
ab vtroqꝫ. sic illud esse impꝑmet aliud esse ⁊ aliā reali
tatem. ⁊ illa aliā. ⁊ sic in infinitū. Diciẗ ꝙ nō sequitur
nō eni forma sic dat esse quasi ponat inter se ⁊ subie
ctū vnā tertiā entitatē. sic cui argumentū ꝓcederet.
sed isto mō forma ē ꝑncipiū eēndi. qꝛ ex coniūctione
sui ad subiectū resultat esse subiecti p formā si sit for
ma accidentalis. uel esse toti⁹ cōpositi si sit subalis. qꝛ
esse qd̄ dat forma nō ē i subiecto p illū modū quo ac
cidens ē in subiecto. uel forma in mā. sed illo mō quo
act⁹ ē in potentia. act⁹ eni abstrahit a forma ⁊ potentia
a subiecto uel mā. ⁊ iō qꝛ subiectū sub forma est potē
tiale ad esse. qꝛ forma quelibet ideo diciẗ eē ꝑncipiū
essendi. qꝛ cōstituit ꝓpꝛiū susceptiuū actus qui ē eē.
esse aūt qꝛ est actualissimū in genere actus ꝑmi nō
cōstituit aliud potētiale sicut forma faciebat. nō igiẗ
oportet ꝙ si ex vnione forme ad subiectū resultat eē
ꝙ iteꝝ ex esse ⁊ ex illo in quo ē resultet aliud. qꝛ dum
aliqd ē sub esse iam ē in termino actus ꝑmi quod non
erat dū fuit sub forma. nō eni restat potentia ad actū
ꝑmū sȝ solū ad 2ᵐ qui ē opatio. instantia ḡ ꝓcedit ex
falso intellectu. qꝛ imaginaẗ ꝙ eē causeẗ ab ipsa for
ma sicut ab agente. qd̄ non ē verū. sed illo mō q̄ ꝓpria
potētia diciẗ esse cā actus quē suscipit. si loquamur
de forma subsistēte ut est aīa rōnalis uel angel⁹. aut
sicut illud qd̄ complet rōnē potentie ꝓprie uel ꝓprij
susceptiui act⁹ alicui⁹ diciẗ eē illi⁹ causa. ⁊ isto modo
accñs ⁊ forma subalis non subsistēs diciẗ causare eē
constat aūt ꝙ nō sequiẗ si forma isto mō causat eē qd̄
iteꝝ illud esse causet aliud esse. quia esse nec ē poten
tia nec ꝯstitutiuū potētie ad vlteriorē actū ꝑmū. sed
est termin⁹ finalis potentie ad actū ꝑmū. ⁊ quedā in
choatio secundi actus. vñ sanct⁹ Tho. p̄ sen. dis. 8. q.
4. arti. 2ᵒ. ex dictis Auicenne: ait sic. Omne quod est
in genere habet quidditatē differētē ab esse: sicut hō.
humanitati eni ex hͦ qd̄ est humanitas nō debeẗ eē in
actu. pōt eni cogitari humanitas. ⁊ tñ ignorari an aliqs
sit hō. Et rō hui⁹ ē. qꝛ oē qd̄ ꝑdicaẗ de his q̄ sūt in ge
nere ꝑdicat q̄dditatē. cū gen⁹ ⁊ spēs ꝑdicenẗ in eo qd̄
quid. illi aūt q̄dditati non debeẗ eē nisi p hoc ꝙ susce
pta in illo uel i illo. ⁊ iō q̄dditas gnis uel spēi non com
catur ẜm vnū eē oibus sȝ solū ẜm vnam cōem ratio
nem. vñ ꝯstat ꝙ eē ei⁹ nō ē sua q̄dditas. hec ille. Ex hͦ
habetur ꝙ cum forma accidētalis ponatur in gene

re ꝙ ipsa nō est suū esse plus ꝙ̄ subā posita in genere sit suū esse. Qḋ etiam clarius dicit 4°. sen. dis. 12. q. i. arti. p̄. q̄stiūcula 3ª. in responsiōe ad 5m vbi dicit ꝙ in accītib⁹ sepatis in sacramēto eucharistie differt esse ab eēntia. ⁊ est ibi cōpositio ex qḋ ⁊ quo est. sicut ī angelis. Nec valet si qs dicat ꝙ p idem esse existit accidens ⁊ subiectū ei⁹. h̄ enī falsū est. vn̄ scūs Tho. p̄ sen. dis. 3. q. 2. arti. 3°. dicit ꝙ ſm q̇libet accn̄s addit aliquod esse ipsi sube. Et dis. 20. q. i. arti. p̄. dicit ꝙ relatio q̄ habet eē in creatura habet aliud eē ꝙ̄ sit esse sui subiecti. vn̄ est aliud a suo subiecto. ⁊ sic ponit de relatione ita habet ponere de alijs accītib⁹. vn̄ 4° cōtra gentiles. ca⁹. 14°. dicit. In nobis ingr relatiōes habēt esse dependens. q̄ꝛ earum eē est aliud ab essentia sui subiecti. vn̄ hn̄t ꝓpriū modū essendi ſm ꝓpriā rōnē. sicut ⁊ in alijs accītib⁹ cōtingit. q̄ꝛ enī oīa accn̄a sunt forme quedā sube supaddite ⁊ a p̄ncipijs sube causate. oportet ꝙ eaꝝ esse sit supadditū sup esse sube ⁊ ab ipso dependēs. ⁊ tanto vniuscuiusqꝫ eoꝝ eē ē p̄us ul' posteri⁹ quāto forma accītalis ſm ꝓpriā rōnē fuerit ꝓpinquior sube. Eandē ponit sn̄iam 3°. pte. q. 17. arti 2°. vbi sic ait. Est aūt ɔsiderandū ꝙ si aliq̄ forma uel nā sit q̄ non ptinet ad esse psonale substātie uel ypostasis subsistētis. illud eē nō dicit̄ esse ei⁹ p se simplicit̄ sed ſm quid. sicut esse albū est esse sortis nō inq̄ntū est sortes sed inq̄ntū est alb⁹. ⁊ h̄ꝫ esse nihil ꝓhibet multiplicari in vna ypostasi uel psona. aliud enī est eē quo sortes est alb⁹ ⁊ q̄ sortes est music⁹. sed illud esse quod ptinet ad ipsam ypostasim uel psonā ſm se. impossibile est in vna ypostasi uel psona multiplicari. aliud enī esse ponit̄ in sorte ſm ꝙ est albus ⁊ aliud ſm ꝙ est hō. q̄ꝛ esse albū nō ptinet ad esse psonale sortis. esse autē capitatū ⁊ esse corporeū ⁊ esse aīatū totum ptinet ad vnā psonā sortis. ⁊ iō ex oīb⁹ his nō fit nisi esse sortis. ⁊ si contingeret ꝙ p⁹ cōstitutionē psone sortis adueniret sorti man⁹ uel pes uel ocul⁹ sicut accidit in ceco nato. ex his nō accresceret sorti aliud esse. sed solū relatio quedā ad illud eē. q̄ꝛ diceret̄ esse nō solū ſm illa q̄ p̄us habebat: s꞉ etiā ſm ea q̄ postmodū sibi aduenerit. hec ille. Patet igit̄ ex p̄dictis ꝙ quodlibet accn̄s habet aliud eē ab eē sui subiecti. 2° ꝙ illud eē differt ab ipso accīte. Ex quib⁹ 3° sequit̄ ꝙ act⁹ accidētalis dat subiecto suo esse distinctū a seipso accīte. utpote albedo non solū actuat subiectū. imo dat sibi quoddā esse qḋ nec est albedo. nec est subāle sibi. ⁊ sic patet ꝙ hm̄ dicti argumēti falsa ē. ¶ Ad 7m dicit̄ ꝙ eē subāle pōt dici accn̄s sube cōplete modo superi⁹ dicto. q̄ꝛ. s. nec ē ei⁹ essentia nec ps essentie. nec de rōne eēntie. non aūt ꝙ sit accn̄s id est forma accidētalis. quia licꝫ adueniat post essentiā cōpletā. non tñ post esse cōpletum. sec⁹ aūt est de suba formali. q̄ꝛ si adueniat essentie cōplete p aliam formā subalem p̄oꝛ est. necessario etiā aduenit esse cōpleto. q̄ꝛ oīs forma subalis dat eē subāle cōpletū in aliq̄ specie. sicut quelibet vnitas cōstituit nouā speciē numeri. 8° metaphisice. talis ergo forma sic adueniens post essentiā completā ⁊ eē cōpletum necessario eēt forma accn̄alis. nec posset dare eē subāle: cū vni⁹ entis vnū sit ens subāle q̄ existit.

Et sic patet ꝙ nō est sīle de forma subali supuenienti essentie complete. verūtñ cū dicim⁹ ꝙ esse supueniat essentie cōplete. intelligendū ꝙ supuenit eēntie complete q̄ntū ad suā rōnē specificā. non tñ supuenit eēntie complete q̄ntum ad suū ꝓpriū modū essendi. quia anteqū veniat esse nullū p̄cedit cōplementū in actu ī rerū nā. ⁊ in hoc differt esse a forma accn̄ali q̄ supponit vtrūqꝫ cōplementū essentie cui aduenit. ¶ Ad 8m dico similit̄ ꝙ similitudo ibidē facta nō valet. plures enī forme si eēnt in composito neccio dicerent plures actus nullo modo se pficiētes. ⁊ iō illud cōpositū nullo modo esset vnū q̄ꝛ nō posset assignari illud q̄ fierēt vnū. q̄ꝛ nec seipsis cū q̇libet forma alteri⁹ rōnis constituat aliā spēm. nec p corpus q̄ꝛ mā non cōtinet formam sed cōtinet̄. nec vnit sed vnit̄. ut deducit Ar. p̄ de aīa. pticula. 88. et 2°. metaphisice. pticula. 53. sed si ponam⁹ in sorte vnā formā subalem. ⁊ p̄ter hāc ponamus ibidē aliū actū q est eē. tales actus se inicē pficiūt. imo vnus ē actualitas alteri⁹. ⁊ alter compatur ad aliū ut potētia ad actū. s. forma ad ipsū eē. Sic enī dicit scūs Tho. p̄ma pte. q. 3. arti. 4°. Esse est actualitas oīs forme uel nature. nō enī bonitas uel humanitas signt̄ in actu nisi ꝓut significam⁹ eā esse. hec ille. Non enī ē incōueniēs illud in q̄ tales duo act⁹ sūt eē simplicit̄ vnū. cū act⁹ ⁊ potētia sint vnū. ut dicit Ar. 2° de aīa. pticula 7. Uerūtñ est alia dissimilitudo ī ꝓposito. q̄ꝛ si plures forme eēnt in cōposito ſm taliter opinātes oēs sūt de quidditate illius cōpositi. ⁊ iō argumētū sci Tho. bonū ē cōtra eos. ex h̄ enī sequit̄ ꝙ illud nō ē vere vnū. s꞉ scūs Tho. nō ponit ꝙ eē ⁊ forma subalis sint duo actus ɔstituētes q̇dditatē cōpositi. imo dicit ꝙ eē accidit illi q̇dditati. Dicit etiā 2° q̇libet. q. 2. arti. p̄. ad p̄mū. ꝙ ex eē ⁊ eēntia non resultat aliq̄ tertia res. sicut dicebāt illi q ponūt pluralitatem formarū in cōposito. ¶ Ad 9m dicit̄ ꝙ quicq̇d importat̄ p nomē sortis explicite: importat̄ noīe hoīs implicite. ⁊ iō hic hō nō se hꝫ ad hoiem ut totū reale ad suā ptē. ⁊ illo mō sorte se hꝫ ad hūanitatē. ut alias dictū est. ¶ Ad 10m dico ꝙ responsio ibidē posita bona est. nec p̄ma illi⁹ improbatio valet. quia ratio vni⁹ ē negatiua. rō v̄o entis est positiua. vn̄ vnitas non addit sup eēntiā nisi negationē diuisiōis. ens v̄o dicit actū existendi qui nō ita consequit̄ neccio eēntiā creatam sicut negatio indiuisiōis. Ista respōsio ē sci Tho. p̄ma parte. q. 6. arti. 3°. Et iō ratio cōmētatoris hn̄ ɔcludit ꝙ vnū non dicit aliq̇d distinctū a re q̄ dicit̄ vna. sed nō ꝓbat ꝙ ens pticipialiter sūptū dicat aliud ab illo qḋ existit. vn̄ dicens ꝙ lapis est vnus p entitatē supadditā. nō pōt negare q̄n illud sit idiuisū. sed dicēs ꝙ lapis non existit p suā eēntiā sed p esse distinctū a sua eēntia. vtiqꝫ dicet ꝙ illud eē quo lapis est nō ē quod existit. sicut nec albedo est illud qḋ albat̄. verūtñ dico ꝙ sumendo ens noīaliter ꝓut dicit eēntiā decem p̄dicamētoꝝ. ita hn̄ cōcludit rō cōmentatoris de ente sicut de vno ꝙ nullū eoꝝ dicat rem supadditā eēntie illi⁹ de q̄ dicit̄. 2ª similit̄ improbatio dicte respōsionis non ꝓcedit. q̄ꝛ ens sūptū pticipialit̄ qḋ cōuertitur cū h̄ qḋ dico existēs. nō sic ē trāscēdēs ꝙ sit eēntialit̄

superius ad decē p̄dicamēta. q2 accidit cuilibet p̄dicamento ꝙ sit ens illo mō. sed ens noīaliter sumptū est illo modo trāscendēs ⁊ eēntialiter superi⁹ ad decem p̄dicamēta. s. ad oē qd̄ ꝑ se reponit̄ in p̄dicamēto. ⁊ ad oē qd̄ ē in p̄dicamēto reductiue quocūq3 mō. ⁊ iō de quocūq3 p̄dicat̄ ei⁹ cōcretū. s. ens p̄dicat̄ esse ei⁹ abstractū. ¶ 3⁰ deniq3 improbatio nulla ē. q2 sicut dictū est. existens nō est eēntialit̄ trāscendēs. sed ideo dicit̄ transcendens q2 p̄dicat̄ de reb⁹ diuersoꝝ generꝝ licz cōtingenter. talia aūt taliter transcēdentia nō cōuertunt̄ cū ente noīaliter sūpto. ⁊ iō licz ens nō p̄dicet de aliq̄ nisi eēntiā illius de q̄ dicit̄: secus ē de h̄ transcendente ens p̄cipialiter sūpto. verūtñ ꝯcesso ꝙ esse q̄ suba est sit ens ul' existēs illo modo. dictū ē in solutione secūdi argumēti. Si tūc vlteri⁹ arguat̄: aut illud eē est existens seipso uel ꝑ aliud esse. dicit̄ ꝙ nō valet diuisio nisi in illo qd̄ sic dicit̄ ens ꝙ est in suo eē subsistens. nō aūt i illo qd̄ iō dicit̄ ens q2 ē dispositio existētis. tale eni nec ē seipso nec alio. s3 illo aliqd ē qd̄ ē idē illi ut in deo. uel aliud ut in creatura. ¶ Ad xi^m dicit̄ ꝙ bene concludit ꝙ esse nō est p̄cipiū intrinsecū hominis uel humanitatis aut sortis. sed vlterior deductio non valet. igit̄ sortes non existit ꝑ aliud a sua mā uel forma. dictū ē eni p̄us in ꝓbatiōe 2ᵉ ꝯñis quō cōpositū ex mā ⁊ forma existit ꝑ formā sicut principium eēndi. ⁊ existit suo esse sicut sua actualitate existētia. vñ accipiēdo existens ꝓ illo qd̄ denoīat̄ ab existētia: tūc ipsū non includit intrinsece nisi mām ⁊ formā. Dico tñ ꝙ si accipiat̄ existens ꝓ illo qd̄ includit existentiā ⁊ subiectū existētie: ipsum icludit aliqd intrinsece p̄ter mām ⁊ formā. s. esse. Patet igit̄ ꝙ vlteri⁹ nō valet illatio qua infert̄ ꝙ ad existētiā nihil requirit̄ nisi p̄ncipia ei⁹ intrinseca. hoc eni falsū est. nullū eni p̄ncipiū sortis ē extītia sortis. s3 bñ ꝯced̄ ꝙ ad causandū existētiā sortis sufficiūt ei⁹ p̄ncipia intrinseca. loquēdo de cā formali ⁊ non de efficiente. Illud aūt quod ibi addit̄ ꝙ existētia q̄q3 ē in potētia q̄q3 in actu. superi⁹ ē multiplicit̄ ip̄robatū. h̄ eni adeo ē absurdū. sic̄ si diceret̄ ꝙ albedo q̄q3 ē alba q̄q3 nigra. ¶ Ad 12^m dicit̄ ꝙ a^{ci} habet multas insolubiles instātias. Nam albū ⁊ albedo se hñt ut abstractū ⁊ cōcretū q̄ tñ realit̄ necdū grāmaticaliter distinguūt̄. non eni sine causa vnū noīat̄ abstractū aliud concretū. abstractū dicit illud solū quo solo ⁊ toto aliqd dicit̄ tale. concretum aūt dicit̄ q2 habet illud cū alijs coniūctū ⁊ cōmassatū ut alias ē dictū. Nec valet instare i diuinis. q2 ibi nec abstractū nec concretū inq̄tū h̄ ꝓprie predicant̄. ut dicit actor de causis. ¶ Ad 13^m dico ꝙ h^{ci} est falsa. q2 sapere non ē sapia sed esse sapiētē. nec cursus est currere sed esse currentē. nec lux ē lucere sed esse lucētē vñ talia dicūt quedā eē accñalia causata a formis in subiecto illaꝝ. ¶ Ad 14^m negat̄ a^{ci}. verbū eni nō dicit formā sigtā ꝑ nomē. s3 poti⁹ dicit actionē uel passionē s̄m formā sigtā ꝑ nomen. ⁊ hoc in verbis actiuis ⁊ passiuis. ut calefacio calefio. Si aūt sint verba neutra sufficit ꝙ significēt actū p̄uiū forme sigte ꝑ nomē uel ipsum suppo^{ti} esse s̄m talem formā. Patet eni ꝙ curro resoluit̄ in hoc qd̄ dico sū currēs. nō igit̄ curro dicit solū cursū sed eē creatum in subiecto s̄m formā q̄ dicit̄ cursus uel h̄. ¶ Ad 15^m negat̄ h^{ci}. vita eni dicit eēntiā rei viuentis. sed viuere dicit actū illi⁹ essentie. ¶ Ad 16^m dicit̄ ꝙ positio nr̄a non tenet ꝙ aliqua creatura ꝑ se vna ꝑ se cōponit̄ ex essentia ⁊ esse. sed ꝙ in qualibet creatura per se in genere existēte sit talis compositio. vñ scūs Tho. quolibet 2⁰. q. 2. arti. p̄ ad p̄mū dicit sic. Aliq̄n ex his que simul iungunt̄ relinquitur aliq̄ tertia res. sicut ex aīa ⁊ corpe cōstituit̄ hūanitas q̄ est hō. vñ hō cōponit̄ ex aīa ⁊ carne. aliq̄n aūt ex his q̄ simul iungūt̄ non resultat aliq̄ tertia res. sed resultat quedā rō cōposita. sicut rō hoīs albi resoluit̄ in rationē hoīs ⁊ in rōnē albi. ⁊ in talib⁹ aliquid cōponitur ex se ⁊ ex alio. sicut albū cōponit̄ ex eo qd̄ est album ⁊ ex albedine. hec ille. Et intēdit ut patet i argumēto ꝑ cui⁹ solutiōe illa dixerat. ꝙ ex eēntia āgeli ⁊ eē illi⁹ non resultat res tertia. hoc g̃ supposito dico ꝙ i qualibet creatura ē cōpositio eē ⁊ essentie. ⁊ si tolleretur improprietas loquēdi: concedit̄ ꝙ oīs creatura ē cōposita ex esse ⁊ eēntia. sicut eni dicit scūs Tho. tertia p̄te. q. 2. arti. 4⁰. ad 2^m. Omne illud i q̄ duo cōueniūt pōt dici compositū ex illis. ⁊ cū querit̄: an eēntia creature sit in potētia simpliciter distinguo. Aliquid eni eē in potētia simpliciter dupliciē pōt intelligi. p̄mo mō ꝙ tale qd̄ dicit̄ esse in potentia simplicit̄ nullo mō est actus nec actuans aliud. s3 purū actuabile. 2⁰ mō q2 illud tale non seipso sufficit ad h̄ ꝙ simpliciter sit in actu nisi aliud adderet̄ ei. sed ē in potentia ad aliud q̄ sit in actu formalit̄. licz ip̄sū dū ē per illud in actu possit aliud actuare ⁊ sit quid actuabile. tunc dico ꝙ eēntia est in potentia simpliciter 2⁰ modo non aūt p̄mo modo. sed solū mā p̄ma ē illo modo simpliciter in potentia. ⁊ tūc negat̄ ꝯñā: Essentia creature ē in potentia simplicit̄. ergo est mā. Et similiter ista ē in potētia s̄m quid. igit̄ ē simpliciter in actu seipsa. patet enim ꝙ iste ꝯñe non valent ꝓpter multiplicem acceptionem eius qd̄ ē in potentia simpliciter ⁊ in potētia s̄m quid. ⁊ in actu simpliciter ⁊ in actu s̄m quid. sicut eni distinctum est de h̄ ꝙ dico in potētia simpliciter. ita pōt distingui de hoc ꝙ dico ens in actu simpliciter. vñ illud qd̄ est in potentia 2⁰ mō nihil ꝓhibet esse actū uel formam. Aliter tñ posset dici ꝙ aliqd eē in potētia simpliciter pōt dupliciter contingere. s. q2 possum⁹ loqui de actu ⁊ potētia in genere entis qd̄ diuidit̄ in decē p̄dicamēta. uel de actu ⁊ potētia in genere entis qd̄ dicit actū existēdi. p̄ mō oīs eēntia creata ē mā p̄ma. ⁊ tūc ꝯñā nulla ē. nā eēntia lapidis licz sit in potētia simpliciter 2⁰ modo nō tñ p̄mo mō. sed mā p̄ma vtroq3 mō. ¶ Ad 17^m dicit̄ ꝙ esse qd̄ ē a forma fluit a forma nō ꝑ modū effecti ab ea sed ꝑ modū sequele. forma eni dr̄ esse p̄ncipiū ipsius esse non ꝓprie agēdo ipsū. q2 tunc p̄us esset q̄ ageret illud eē. ⁊ diceret̄ p̄us esset q̄ esset. q2 nō est nisi ꝑ esse. dicit̄ tñ forma facere eē improprie quo mō loquendi vtit̄ scūs Tho. p̄ma p̄te. q. 77. arti. 6⁰. vbi dicit ꝙ forma substātialis facit eē simplicit̄. forma aūt accñalis facit tñ esse tale. illud aūt facere firma ꝙ dicit ibidē ad 3^m ostēdendo quō aīa est causa suarū actuū. non inquam ꝑ aliquā trāsmutationē. sed ꝑ nā

turalē cōsequētiā. sic ex vno nāliter resultat aliud. ut
ex luce calor. hec ille. Unde dico ꝙ forma iō dr̄ face-
re esse. q2 ꝑ ipsam essentia est ꝓpriū susceptiuū illius
actualitatis q̄ ē esse ſm ꝙ fuit dictū supius in ꝓbati-
one 2e ꝯnis ꝑ scm̄ Tho. 2o ꝯ gētiles. ca. 53o. Illud aūt
qd̄ iste addit ꝙ effectus cause formalis ē ipsa forma
falsū est. nec ab ipso ꝓbatur. ¶ Ad 18m dictū ē superi9
in ultima ꝯne. q2 esse creature nec ē creator nec ꝓpe
creatura sed q̄d concreatū. ⁊ tale non ē ꝓprie ens s3
coexistens. nec tn̄ sequit ꝙ sit nihil. Et ad argumētū
dr̄ ꝙ intelligit ꝑ illud quod nec ē res nec aliq̄d rei tale
nihil ē cuiusmodi non ē eē existētie. Aliter pōt dici ꝙ
est res sed non subsistēs. tale aūt nihil ꝓhibet esse suū
esse. Hāc respōsionē ponit scūs Tho. de veritate. q.
1. arti. 4o ad 4m. ꝓsertim enī cū dr̄ ꝙ nihil creatū ē
suū esse intelligitur de essentijs in genere p̄dicāli ꝓpe
repositis. nulla enī talis essentia pōt esse suū esse nisi
sit deus ut ꝓbat scūs Tho. 2o ꝯ gentiles ca. 52o sic di-
cēs: Ipsū esse cōpetit p̄mo agēti ſm ꝓpriā nāam. esse
enī dei est ei9 sub̄a ut sup̄ ostensū est. qd̄ aūt competit
alicui ſm ꝓpriā nāam non cōuenit alijs nisi ꝑ modum
participatiōis. sicut calor alijs corporib9 ab igne. ipsū
igit̄ esse competit alijs a p̄mo agente ꝑ quandā ꝑtici-
patiōnē. qd̄ aūt competit alicui ꝑ participationē non
est sub̄a eius. impossibile est igit̄ ꝙ sub̄a alteri9 entis
p̄ter agens p̄mū sit ipsū esse. hec ille. Ex quo p3 ꝙ q2
esse est ipsa dei eēntia. nulli create essentie pōt colca-
ri ꝙ sit esse nec ꝙ sit diuina nā. sed solū ꝙ participet
esse. ¶ Ad 19m negat̄ hoc. nulla enī rō supius facta ad
ꝓbandū ꝙ nulla eēntia creature sit suū eē ꝓbat di-
stinctionē inter esse ⁊ esse. nec valet qd̄ iste fingit. fal-
sum enī est ⁊ absonū ꝙ esse sit indifferens ad esse ⁊ ad
suū oppositū. falsum etiam est ꝙ actualitas ꝑticipet
actualitatē uel esse participet esse. sicut absonū est ꝙ
forma participet formā. uel albedo albedinē. aut idē
seipsū. l3 dicat̄ ꝙ subiectū participat formā. maxime
quia ſm ꝙ ꝓbatū ē in prima ꝯne. si esse sit subsistēs in
nullo receptū non pōt esse participatū nec finitū nec
multiplicatū. imo eēt illimitatū oēm ꝑfectionē eēndi
cōtinens. ⁊ sic nō remanet etiā volentib9 fingere ali-
quis modus participandi. Nec valet ꝯña: eē lapidis
est creatura. ꝗ ē indifferens ad esse ⁊ non esse ⁊ parti-
pat esse. Ista inquā ꝯña non valet nisi aliquis loquat̄
ꝓpe de creatura sc3 que est subiectum creationis.
si enim loquatur de creatura generaliter prout ex-
tendit se tam ad illud quod creatur q̄3 ad illud qd̄ est
ratio creationis ⁊ formalis termin9. tūc ꝯña nulla est
sed añs ē verū. In p̄mo autē sensu est falsum. q2 esse
creature nō ꝓprie fit nec creatur. sed ē formalis ter-
min9 creationis. ⁊ ideo potius dr̄ concreari q̄3 creari
⁊ potius concreatū q̄3 creatū. nec ꝓprie corrūpit̄ aut
redit in nihilū. sed essentia creature acquirendo uel
ꝑdendo esse fit ⁊ corrūpit̄. sicut enī dicit Ar. 3o meta-
phisice. particula. 17a. ꝓuncta ⁊ linee ⁊ supficies non
generant̄ nec corrūpunt̄. nec sunt talia ut q̄n3 sint
q̄n3 nō sint. Et idē ponit de oī forma inexistēte alicui
⁊ non subsistēte. in 7o metaphisice. particula. 26. vbi
vult ꝙ nec spera fit nec cuprū sed compositū. Ex q̄
pōt colligi ꝙ nihil non subsistens ꝓprie fit aut corrū-
net ibi sicut suba ꝛ relatio.vn̄ antiq dicebāt duo pre/
dicamenta remanere in diuinis.s.subam ꝛ relationē
nō aūt alia pdīta.qd̄ sic intelligendū ē.sm ꝙ dicit scūs
Tho.prima pte.q.28.arti.2o.ad pmū. Relatio ingt
non predicat in diuis sm modū sube ut existens in eo

de quo dicit̃: sed ut ad alterũ se habens. ⁊ ꝓpter hoc dicuntur duo tñ esse predicamenta in diuinis. quia alia p̄dicamenta important habitudinē ad illud de q̄ dicunt̃ tā ſm suũ esse q̄ȝ ſm rōnē ꝓprij generis. nihil aũt qḋ est in deo pōt habere habitudinē ad illud in q̄ est uel de q̄ dicit̃ nisi habitudinē idēptitatis ꝓpter sũ/mam dei simplicitatē. hec ille. Ex quo patet q̄ p̄dica/mentũ dicit̃ remanere in diuinis nō q̄ ad vl̄itatē uel ꝑticularitatē. aut quo ad intētionē gnīs aut spēi. ſȝ solum q̄ ad modũ p̄dicādi. s. qꝛ aliq̄ dicūt̃ de deo eo mō q̄ illa q̄ sūt in predicamēto sube dicūt̃ de illis de qb⁹ predicāt̃. utpote qꝛ dicūt eēntiā subiecti. ⁊ aliq̄ dicūt̃ de deo eo mō q̄ illa q̄ sūt ī p̄dicamēto relatiōis dicūt̃ de aliq̄. s. ut signtia habitudinē subiecti ad aliqd. nō āt predicāt̃ aliqd de deo illo mō q̄ illa q̄ sūt in alijs p̄dicamētis p̄dicāt̃ de suba p̄ma utpote signdo mēsurā subiecti uel dispositionē subiecti aut aliqd fluens a subiecto cũ motu. ⁊ iō ī diuinis solũ remanēt illi duo modi predicādi. nō tñ illa q̄ predicāt̃ in diuis sūt in predica/mēto. ſȝ bñ cũ dicunt̃ de creatis. nō eni sufficit ad hoc q̄ aliqd sit ī tali predicamēto q̄ habeat similē modũ predicādi cũ illis q̄ sūt in tali predicamēto. ſȝ requirit̃ aliud ut dictũ ē. ¶ Ad 3ᵐ qḋ sumit̃ ex auctoritate Arꝫ. dico q̄ licȝ Arꝫ. iuestigando nām p̄mi p̄ncipij p̄us di/stinguat ens ī decē p̄dicamēta. ⁊ p⁹ distinguat subam isensibilē ⁊ nō sensibilē. ⁊ ponat p̄mũ p̄ncipiũ eē sub/stantiā insensibilē. nō habet̃ ex h̄ q̄ ipse ponat deũ eē in p̄dicamēto sube. suba eni ꝓut gnālit̃ diuidit̃ ī sub/stātiā sensibilē ⁊ insensibilē nō ꝯstituit p̄dicamētũ. nec habet rōnē vniuocā oib⁹ q̄ cadūt sub altero mēbro diuisiōis. imo ē analogũ sicut ⁊ oia noia q̄ coia sūt deo ⁊ creature. uerũtñ Arꝫ. ad iuestigādũ rē q̄ nō ē in predicamēto nō incōuenient̃ diuidit p̄sita. hoc eni facit ad faciliorē modũ ꝑueniēdi a sensibilib⁹ ad insensibilia ⁊ a reb⁹ q̄ sūt in genere ad illud qḋ ē extra gen⁹. ⁊ oium nobilitates p̄itoꝝ comprehendit. vñ cōmentator. 12⁹ metaphisice cōmēto. 51⁹ ostēdit sciam dei nō eē vni⁹ ratiōis cũ scia nr̄a nec esse vlem nec ꝑticularē. Sic eni ait. Hoc nomē scia equiuoce dicit̃ de suba p̄ma ⁊ nr̄a sua eni scia est cā entis. ens aũt ē cā nr̄e scie. scia igit̃ ei⁹ nō dicit̃ vlis esse neqȝ ꝑticularis neqȝ eoꝝ q̄ sūt in actu uel in potētia. si eni esset scia vlis neccē esset scia ī potentia. ⁊ nulla potentia est in scia ei⁹. ⁊ nihil est ma/gis manifestũ. qm̄ scia ei⁹ nō est particularis. ille igit̃ ꝑus nō disponit̃ ꝑ sciam que est in nobis neqȝ ꝑ igr̄antiā q̄ est ei opposita. sicut non disponit̃ ꝑ istas illud qḋ nō est natũ habere alterũ. hec ille. Ex q̄ pȝ q̄ scia dei ⁊ scia nr̄a nō sūt in eodē genere imo sūt equiuoca ſm eũ. nec ibi habet locũ vle aut ꝑticulare. ¶ Ad 4ᵐ dr̄ q̄ impugtio ibi facta ꝯ rōnē sci Tho. nulla est. nō eni verũ est q̄ ens significet illo modo eēntias rerũ q̄ sūt in p̄sito sicut essentiā dei. nā ens formali significatiōe sigt esse. nulli⁹ aũt creature essentia ē suũ eē. nec eē ē de rōne illi⁹. diuina aũt essentia est subsistens. ⁊ si diffi/niret̃ esse poneret̃ in ei⁹ diffinitiōe. Patet igit̃ q̄ ens nō dicit de formali sigtiōe eēntiā creature ſȝ esse ei⁹. ⁊ si eni ens sigt essentias reꝝ creataꝝ h̄ est de sigto se/cundario. sicut eni albũ sigt p̄ncipalit̃ albedinem. ⁊ ex ꝯn̄ti subiectũ albedinis. ita ens p̄ncipalit̃ sigt esse ⁊ se/cūdario illud qḋ habet esse seu subiectũ essendi. ⁊ hoc intelligo de ente participialiter sūpto. si aũt ens su/mat̃ noialiter adhuc nō cōuenit ita quidditatiue cre/ature sicut deo. nā ens illo modo significat essentiā ſȝ est impositũ ab esse. ita q̄ esse est ratio a qua est impo/sitũ nomē. sed essentia est illud ad qḋ signdũ imponit̃. ⁊ quia in creatura esse est aliud ab essentia. iō non est eadem ratio a qua ⁊ ad quā. ſȝ quia in deo ideo sp̄ res nois formali⁹ ꝯuenit deo q̄ȝ creature. quia quicqd di/cit nomen siue sit rō a qua siue ratio ad quā totũ com/petit deo qdditatiue nō aũt creature. ⁊ ideo si aliqḋ nomē dicat̃ de deo ſm subam ⁊ quidditatiue. maxi/me videt̃ de ente. non sic de aliquo alio noie. quia oia alia dicūt essentiā limitatā ad certũ modũ eēndi. uel addūt aliquid ad esse. cũ tñ deus sit esse. de cui⁹ rōne est ut nulla sibi fiat additio. patet igit̃ q̄ deus nō pōt habere aliud gen⁹ q̄ȝ ens. quia nihil aliud esse sine ad/dito. secus in creaturis. quia nulli⁹ creature ens dicit solam eēntiā imo dicit aliquid q̄ȝtũ ad rationē a qua: qḋ non ꝑtinet ad essentiā creature. ⁊ ideo nō oportet q̄ si creatura habet gen⁹ q̄ illud sit ens. quia nō pre/dicat̃ ꝑfecte de ipsa in quid. ⁊ multa sūt alia q̄ de ipsa ꝓprie dicunt̃ in quid. s. genera generalissima. ⁊ spēs subalterne ⁊ specialissime. Et si dicat̃ cōtra hoc. quia cũ ens dicat aliquid p̄ter essentiā creature ⁊ ens iclu/datur in omni alia rōne. sequit̃ q̄ nulla alia rō cōue/nit creature pure qdditatiue. Respōdet̃ q̄ ens iclu/ditur in omni alia rōne q̄ȝtũ ad illud a quo imponit̃. s. esse. ¶ Ad 5ᵐ dicit̃ primo q̄ illud argumentum ē bti Anselmi monol. 27⁹. sic arguentis. Cũ omnis substā/tia tractet̃ aut esse vlis que plurib⁹ substantijs essen/tialiter cois est: ut hoiem esse cōe est omnib⁹ hoibus. aut esse indiuidua que vniuersalē cōem essentiā cum alijs habet quēadmodũ singuli hoies cōe hñt cum sin/gulis ut hoies sint. quomodo qs sūmā nām in aliarũ subaꝝ tractatu contineri intelligit que nec in plures subas se diuidit nec cũ aliqua alia ꝑ essentialem coi/cationem se colligit: hec ille. quasi dicat nullo mō. vñ in hoc ꝯsistit ratio ei⁹: Omnis suba que ē in genere ē vlis uel indiuidua. sed sūma nā nō est vlis. qꝛ nō mul/tiplicat̃ ī plurib⁹. nec indiuidua cũ nō ꝯueniat eēntia/liter cũ alia natura. igit̃. patet ḡ rationē illam esse bo/nam. Et cũ dicit̃ q̄ nulla res extra aiam est vlis. ne/gatur illud. vñ cōmētator p̄ celi. cōmento 91. In diffi/nitione vlis dicit̃ q̄ sit natũ dici de plurib⁹. forma eni est subiectum vniuersalitatis. formam enim orbitatis possibile est inueniri in diuersis materijs. ⁊ sic ē in om/nibus que componūtur ex materia ⁊ forma. hec ille. Dico enim iuxta premissa q̄ illud cui attribuitur vni/uersalitas est extra animam. sed tamen illa que sunt extra animam non sufficiūt ad hoc q̄ natura aliqua sit vniuersalis. ad hoc enim q̄ aliquid uel aliqua na/tura dicatur ⁊ sit vniuersalis requiritur q̄ ipsa vna existens sit apta esse in multis. Ista autem duo nō cō/ueniunt alicui nature positis solis rebus extra intel/lectũ. nā nulla natura extra intellectũ ſm eē qḋ ha/bet extra animā apta nata est esse in multis. qꝛ extra

animã habet eẽ indiuiduatũ in suis singularibꝰ. ⁊ licʒ
sit in multis non tñ ſm idẽ esse. nec est vna in eis. alia
est eni humanitas sortis alia platonis extra aiam. ad
hoc g̃ ꝙ sit vniuersalis oportet ꝙ vna fiat ⁊ habeat
eẽ in quo sint indiuisa oia indiuidua possibilia uel ima
ginabilia ⁊ sint vnũ in illa. hoc aũt fieret si p̄scindant̃
ab ea oia illa que ipsam diuidũt in indiuiduis ⁊ cõtra
hunt ad hoc indiuiduũ uel illud. ⁊ ipsam coicabilẽ red
dunt. nã hoc facto ipsa sic depurata posset eẽ in aliq̃
indiuiduo. ⁊ qua rõne in vno eadẽ rõne in multis. hoc
etiã facto ipsa se haberet ut aliquid pticipabile a mul
tis. sicut idea platonica. ad hoc aũt faciendũ requirit̃
itellectꝰ agẽs qui talis nature spẽm abstrahat ⁊ eã in
intellectu possibili ꝯsigillet. tũc eni natura que extra
aiam est indiuiduata ⁊ cõtracta ⁊ incoicabilis in intel
lectu habet eẽ abstractũ ⁊ coicabile per suã similitu
dinem ibi existens. imago eni rei est quodãmodo ipsa
res cuiꝰ ẽ imago. ut ponit scũs Tho. de veritate. q. 4
arti. 8°. Similitudo inqͣt rei ẽ quodãmodo res ipsa. ꝑ
modũ illũ quo dicit̃ ꝙ aia est quodãmodo oia. Et 4°
cõtra gentiles. caᵒ. 5°. dicit ꝙ intellectũ in intelligẽte
ẽ intentio intellecta ⁊ verbũ. Similiter p̄ quolibet. q.
2. arti. 2°. ponit ꝙ species intelligibilis ẽ quodãmodo
quidditas ⁊ natura rei ſm eẽ intelligibile. ⁊ nõ ſm eẽ
naturale ſm ꝙ ẽ in rebus. Dico g̃ ꝙ natura hoĩs ẽ per
suã similitudinẽ in intellectu. ⁊ ꝙ natura hoĩs in intel
lectu est quedã forma abstracta ⁊ similitudo oiũ ho
minũ participata ab oibus. ⁊ ẽ in multis sicut partici
patũ i participantibꝰ. ⁊ ibi ẽ vniuersalis: quia vna in
multis. illa eni q̃ attribuunt̃ dicte speciei pñt attribui
nature humane in esse intellecto. Et si querat̃ an hu
manitas q̃ ẽ in platone sit vniuersalis. uel illa q̃ est in
sorte. uel aggregatũ ex oibꝰ illis. Dico ꝙ humanitas
que ẽ in quolibet ẽ vlis. nec tñ sunt multe humanita
tes vles. nã humanitas q̃ est in sorte ẽ vlis ſm ꝙ ẽ in
intellectu. nõ ſm esse qḋ habet in re. ut aũt ẽ i intelle
ctu nõ differt ab humanitate platõis. imo ibi sũt vna
hũanitas. ibi eni sũt vna spẽs intelligibilis. Et si vlte
rius querat̃ quõ humanitas extra aiam. uel hõ potiꝰ
p̄dicat̃ de multis indiuiduis. Dico ꝙ p̄dicari cõplet̃ ꝑ
intellectũ. etenĩ dũ intellectꝰ rem quã cõcipit uel at
tribuit sorti tũc p̄dicat eam de sorte. ⁊ ita de platone.
p̄dicare eni est attribuere aliq̃d alicui ꝑ notã composi
tiõis uel diuisionis. ⁊ p̄dicari ẽ attribui alteri illo mõ.
res g̃ extra aiam p̄dicat̃ de multis. q2 intellectꝰ rem
⁊ nãm quã intelligit attribuit multis nõ ꝙ vnã rẽ ex
aiam attribuat multis. sed q2 enunciat nãm humanã
uel hominẽ de sorte. ⁊ enũciat hoiem de platone. ⁊ sic
de aliis. Illud aũt qḋ enũciat de sorte est aliud ab illo
qḋ enũciat de platone extra intellectũ. sed sũt idẽ in
intellectu. res g̃ predicat̃ de re. sed illud qḋ p̄dicat̃ de
multis est in eis diuisũ ⁊ in intellectu vnũ. ¶ Ad argu
mentũ in pede questionis patet ꝑ superius dicta.

Terum circa octa

uam distinctionẽ querit̃. Utrũ aliq̃
creatura sit imutabilis. Et arguit̃ ꝙ
sic. Illud est imutabile qḋ nõ potest
esse subiectũ motus aut mutatiõis. sed aliq̃ creatura
est hͦ. puta creatio q̃ nõ est subiectũ motꝰ aut muta
tionis nec etiã terminꝰ. ut patet 5°. physicoꝝ vbi dicit̃
ꝙ motus nõ ẽ motus. nec mutatiõis est mutatio. g̃ est
aliq̃ creatura q̃ mutari nõ põt. In oppositũ arguit̃ sic
ait eni apłus. 1ᵃ. ad Thimot. vlti. ꝙ solus deꝰ habet
imortalitatẽ. sed ois mutatio est aliqua mortalitas. g̃
solus deꝰ habet imutabilitatẽ. ¶ In hac questiõe erit
vnicꝰ articulꝰ. ꝓ quo sit p̄ma ꝯ. ꝙ ois creatura ẽ mu
tabilis ꝑ potẽtiã que est in alio ab ea. ꝓbat̃ sic. Oẽs
creature anteq̃ eẽnt nõ erãt possibiles ꝑ potẽtiã ali
quã creatã cũ nihil creatũ sit eternũ. sed per solã di
uinã potentiã inq̃tũ diuina virtus poterat eas ꝓdu
cere. sicut aũt ex voluntate dei depẽdet ꝙ res in eẽ
ꝓduxit. ita ex volũtate eius depẽdet ꝙ res in eẽ con
seruat. non eni aliter res in esse cõseruat q̃ semꝑ eis
esse dando. vñ si suam actionẽ eis subtraheret oia ad
nihilũ redigerent̃. ut patet per Augᵐ. 4°. sup Gen. ad
litterã. sicut igit̃ anteq̃ res eẽnt. in potẽtia creatoris
fuit ut res essent. sic i potẽtia eius ẽ ut nõ sint. sic igit̃
ꝑ potentiã que ẽ in alio. s. deo sũt mutabiles inq̃tum
ab ipso ex nihilo potuerũt ꝓduci in esse ⁊ de esse pñt
reduci in non esse. Istã ꝯnẽ in forma cũ ꝓbatiõe etiã
in forma ponit scũs doctor p̄ma pte. q. 2. arti. 2°. Ean
dem ꝯnẽ ponit p̄ sen. dis. 8. q. 3. arti. 2°. et ꝓbat eã sic.
Motus quocũq3 modo dicat̃ sequit̃ potẽtiã. cũ igit̃
ois creatura habeat aliq̃d de potẽtia. q2 solus deꝰ est
actꝰ purus. oportet oẽs creaturas esse mutabiles ⁊ so
lum deũ imutabilem esse. est autẽ considerare dupli
cem possibilitatẽ in creatura. vnã ſm illud qḋ creatu
ra habet. alterã ſm illud qḋ nata ẽ habere. p̄ma cõ
sequit̃ creaturã ſm ꝙ habet esse ab alio. oẽ eni quod
esse suũ habet ab alio nõ est ꝑ se necesse eẽ. ut probat
Auicẽna. vñ q̃tũ ẽ i se ẽ possibile. ⁊ illa possibilitas di
cit dependentiã ad illud a quo ẽ. Et hec possibilitas ẽ
duplex. Quedã ſm dependẽtiã totiꝰ esse ad illud a q̃
est res ſm totũ esse. ⁊ hͦ est deus. ⁊ hanc dependẽtiã
siue possibilitatẽ cõsequit̃ mutabilitas quedã que est
vertibilitas in nihil ſm Damas. Et post pauca subdit.
Est etiã quedã depẽdẽtia siue possibilitas rei ſm p̄e
sui esse. s. formã p̄supposita materia uel eo qḋ est lo
co materie. ⁊ hanc possibilitatẽ sequit̃ mutatio varia
bilitatis ex eo ꝙ illud qḋ hʒ ab alio põt amittere q̃tũ
est i se nisi forte impediat̃ ex imutabilitate diuine vo
luntatis. ⁊ hoc modo sci in gloria sũt imutabiles i esse
glorie. 2ᵃ aũt possibilitas cõsequit̃ creaturã ſm ꝙ nõ
est ꝑfecta simpliciter. ſm hoc eni semꝑ ẽ possibilis ad
receptionẽ. vñ ſm hoc etiã dicit̃ ois creatura muta
bilis accipiendo large mutationẽ ſm ꝙ omne recepti
bile dicit̃ pati quoddã ⁊ moueri. sicut dicit phus 3° de aia
intelligere quoddã pati eẽ. hec ille. Ex q̃ patet ꝙ ois
creatura ẽ mutabilis ꝑ potẽtiã dei. Eãdẽ sniam tenet
de veritate. q. 5. arti. 2°. ad 6ᵐ. Sicut inqͣt que deus in
esse ꝓduxit. põt etiã reducere in nõ esse. cũ ad hoc ꝙ
creature subsistãt oportet ꝙ semꝑ in eis deus operet̃
tur. ut Augꝰ dicit sup Gen. ad litterã. non ꝑ modũ q̃
domꝰ fit ab artifice. sʒ ꝑ modũ q̃ illuminatio aeris ẽ a
sole. vñ ex h̃ ipso ꝙ nõ p̄beret eẽ creature qḋ ictꝰ vo

luntate est cōstitutū. in nihilū creatura redigeretur. hec ille. Eandē ōnē tenet de potētia dei. q. 5. arti. 3 In pñti articulo pbat auctoritatib⁹ apli z⁹ 5⁹ et 4⁹ Item multis rōnib⁹ q Augu. Gregi. z libri de causis. item multis rōnib⁹ q diuina opatione cessante: oēs res eodē momento in nihilū deciderent. In z⁹ q cōtradictionē iplicat deū aliqd posse pducere qd ei⁹ cōseruatione non egeret In 3⁹ q nō est ipossibile imo possibile deū reducere oēs creaturas ad nō esse. Idem ponit 3⁹ ɔtra genti. ca⁹ 64⁹ Item libro z⁹ ca⁹ 39⁹ ¶ Z⁹ ō est q nō ois creatura est mutabilis in nō esse p potentiā que sit in ea. probat sic istā ōnem scūs doctor pma pte. q. 9. arti. z⁹ In aliquib⁹ creaturis illud qd est in eis potentiale nō pōt stare cū nō esse illarū creaturarū. igit i eis nō est potentia ad nō esse. tenet ɔña. q2 in corporib⁹ inferiorib⁹ est mutabilitas etiā fm esse substantiale. quia mā eorū pōt esse cū priuatione forme substātialis illorū. z etiā q̄tū ad esse accidentale si subiectum cōpatiat̄ secū priuationē accñtis. sicut hoc subiectū hō cōpatit̄ nō albū: z iō pōt mutari de albo in non albū. Si vo sit tale accñs qd ɔsequat̄ pncipia essentialia subiecti. puatio illi⁹ accñtis nō pōt stare cū subiecto. vn̄ subiectū non pōt mutari fm accñs illud. sicut nix nō pōt fieri nigra. hec ille. Ex quib⁹ vult concludere q causa mutabilitatis fm esse in quolibet talit̄ mutabili est. q2 illud qd est potētiale in illa pōt stare cū opposito illi⁹ qd est actuale in ea. s. p qd est in actu. sicut exemplificauit tā de mutabili fm esse substātiale. q̄ de mutabili fm esse accñtale. g per oppositū si in aliq effectu ei⁹ esse potentiale nō pōt stare cū opposito illius p qd est in actu. tale nō habet potētiā in se q possit mutari fm esse substātiale. z sic patet ɔña fm eū. sed añs pbat p de corpore celesti. In corporib⁹ igit celestibus materia nō cōpatit̄ secū puationē forme. q2 forma pficit totā capacitatē materie z potentialitatē. z ideo nō sunt mutabilia fm esse substantiale. s3 fm eē locale. q2 subiectū cōpatit̄ secū puationē hui⁹ ul' illi⁹ loci. hec ille. z⁹ pbat idē de angelis. Substātie inquit i corporee q2 sunt ipse essentie subsistentes. que tñ se hñt ad esse ipsarū sicut potētia ad actū. non cōpatiunt̄ secū puationē hui⁹ act⁹. q2 esse ɔseqt̄ formā z nihil corrūpit̄ nisi p hoc q amittit formā. vn̄ i ipsa forma nō est potētia ad nō esse. z ideo hō substātie sūt imutabiles z iuariabiles fm eē. Et hoc est qd dicit Dionysi⁹. io. ca⁹ de diuinis noib⁹ q substātie intellectuales create sunt nude a generatione z ab oi variatione. sicut incorporales z imateriales. hec ille in forma. Eandē ōnē tenet pma pte. q. 50. arti. 5⁹ vbi sic ait. Impossibile inquit est q suba angeli sit corruptibilis. qd eni ɔuenit alicui fm se nūq pōt ab eo separari. ab eo eni cui ɔuenit p aliud pōt separi separato eo fm qd ei ɔueniebat. rotūditas eni a circulo separari nō pōt q2 ɔuenit ei fm seipsum. s3 ereus circulus pōt amittere rotūditatē. p hoc q figura circularis sepat̄ ab ere. eē aūt p se cōpetit forme. vnūqdq eni est ens actu fm qd h3 formā. mā vo ē actu ens p formā. cōpositū igit̄ ex materia z forma desinit esse actu p hoc q forma sepat̄ a mā. s3 si ipsa forma subsistat in suo esse sicut est in angelis. non pōt amittere esse. hec ille. Eandē ōnem tenet z⁹ 3 gentiles ca⁹ 54⁹ vbi pbat multis rōnib⁹ q ois suba itellectualis ē incorruptibilis. Et mediū pme rōnis ē q vbi nō ē cōpositio forme cū materia nō pōt eē sepatio forme a materia p quā sepationē solū fit corruptio. manente eni forma manet esse. Mediū vo z⁹ rōnis. q2 suba q est forma non pōt puari esse sicut nec circulus rotunditate. Mediū vo 3⁹ q in oi corruptione remoto actu remanet potentia. si igit̄ in angelis ita esset. tūc eētia q est potentia remaneret pdito esse qd est actus z sic essentia esset post ei⁹ corruptionē. Medium vo 4⁹ rōnis est. quia vbicunq est compositio potentie z actus illud qd tenet locū potentie seu pmi subiecti ē incorruptibile. s3 in angelis illud qd tenet locū potētie est ipsa essentia cōpleta q sic ē pprīū susceptiuū z potentia appropriata ad esse q nullo modo ad oppositū. sicut qd ē potētia apropriata ad frig⁹. nullo mō est potentia ad calorē. Mediū vo 5⁹ rationis est. q2 solū corpus pprie corrūpit̄. q2 solū pprie mouetur. Mediū vero 6⁹ rōnis est. q2 substantia intellectualis non pprie pōt pati nec recipe nisi intellectualiter Mediū aūt 7⁹ rōnis est. q2 intellect⁹ nō pōt corrūpi ppria corruptiōe sic nec sensus. nec ad corruptionē subiecti sui sic corrūpit̄ sensus. nec pter excellentiā sui obiecti. Mediū 8⁹ rōnis est. q2 sicut intelligibile inq̄tū hō est incorruptibile. ita intellect⁹ inq̄tum hō cū pfectio z pfectibile sint vni⁹ generis. Mediū vo 9⁹ rōnis est. q2 esse substātie itellectualis est supra tēpus. z per ɔñs nō subiacet corruptiōi. Medium vo decime rōnis est. q2 ipossibile est nāle desideriū eē in angelis. cum igit̄ oēs substantie intellectuales naturali desiderio appetant esse ppetuū. ipossibile ē q eē deficiant. Mediū vo vltime rōnis est tale. q̄cūq inquit incipiūt esse z desiderant p eandē potentiā hñt vtrūq. eadē eni potentia est ad esse z nō esse. s3 sube intellectuales non potuerūt incipe esse nisi p potētiā pmi agentis. non eni sunt ex mā q potuerit pfuisse. igit̄ nec est aliq potentia ad non esse eoz nisi in primo agēte fm q pōt eis nō ifluere. hec ille. Eadē ōnē tenet eodē lib⁹ ca⁹ 30⁹ ait eni sic. Lic3 oia ex dei volūtate dependeant sicut ex pma causa q opando necessitatē nō h3 nisi ex sui ppositi suppositiōe. nō tñ pter hoc absoluta necessitas a reb⁹ excludit̄ ut sit necessariū nos fateri oia ɔtingētia eē. qd posset alicui videri ex hoc q a causa sua nō de necessitate absoluta fluxerūt cū soleat in rebus esse cōtingens effect⁹ q non ex causa sua de necessitate pcedit. sūt eni qdā i reb⁹ creatis que simpliciter z absolute necesse est esse in quib⁹ non est potentialitas ad nō esse. qdā aūt res sic sunt a deo in esse pducte. ut eaz nā sit in potētia ad nō eē. qd qdē ɔtingit ex hoc q mā est in eis in potētia ad aliā formā. Ille igit̄ res in quib⁹ nō ē mā. uel si est non est possibilis ad aliā formā. non hñt potentiā ad non esse. eas igit̄ absolute z simpliciter necesse ē esse Si aūt dicat̄ q ea q sūt ex nihilo q̄tū est de se i nihilū tendunt. z sic omnib⁹ creaturis inest potētia ad nō esse. manifestū est hoc nō sequi. dicūt̄ eni res create

eodē modo in nihilū tendere q̄ sūt ex nihilo. qđ quidē
nō est nisi ſm potentiā agentis. sic igit̄ in reb⁹ creatis
non inest potentia ad non esse. ſ3 creatori inest poten
tia ut eis det esse uel desinat eis esse influere. cū non
ex necessitate nature agat ad rerū ꝓductionē: ſ3 ex
voluntate. hec ille in forma. Et p⁹ pauca subdit. Sci
endū inq̄t est itaq3 ꝙ si rerū creatarū vniuersitas cō
sideret̄ ꝓut sūt a p̄ ꝑncipio iueniūt̄ dependere ex vo
luntate non ex necessitate ꝑncipij nisi ex necessitate
suppositiōis sic dictū est. Si ꝟo cōparent̄ ad ꝑncipia
ꝑma ⁊ ꝓxima iueniunt̄ hr̄e necessitatē absolutā. ni
hil eni ꝓhibet aliq̄ ꝑncipia ex necessitate ꝓduci. qb⁹
tn̄ positis de necessitate seq̄t̄ talis effect⁹. sicut mors
aialis ⁊ hō necessitatē absolutā h3 ꝓpt̄ h̄ ꝙ iā ex ꝯrijs
est cōpositū. Quis ipsū ex cōtrarijs cōponi nō fuisset
necessariū absolute. simili͛ aūt ꝙ tales nature rex̄ a
deo ꝓducerēt̄ volūtariū fuit ꝙ eis sic statutis aliqđ
proueniat ul' existat. absolutā necessitatē h3. hec ille.
Et paulo ante dicit. Esse aūt necesse simpliciter non
repugnat ad rōnē eē creati. nihil eni ꝓhibet eē neces
se qđ tn̄ sue necessitatis cām h3. sicut ꝯnes demōstra
tionū. nihil igit̄ ꝓhibet quasdam res sic eē ꝓductas a
deo. ut tn̄ eas eē sit necesse simpliciter. imo hoc diui
ne ꝑfectioni attestat̄. hec ille. Eandē ꝯnē sentētiali
ter tenet de veritate. q. 5. arti. 2° ad 6m vbi sic ait. Ge
neratio ⁊ corruptio pn̄t accipi dupliciter. Uno mō ſm
ꝙ generatio ⁊ corruptio sūt ex ente ꝯtrario ⁊ in ens
ꝯtrariū. ⁊ hoc mō potentia ad gn̄ationē ⁊ corruptio
nē inest alicui ſm ꝙ ei⁹ mā est in potentia ad ꝯtrarias
formas. ⁊ hoc mō corpora celestia ⁊ subē spirituales
neq3 ad generationē neq3 ad corruptionē potētiā ha
bent. Alio⁹ hec coiter dicunt̄ ꝓ q̄libet exitu rerū i eē
⁊ ꝓ q̄libet trāsitu in nō eē. ⁊ sic etiā creatio p quā ali
quid ex nihilo ad eē deducit̄ generatio dr̄. ⁊ ipsa rei
ānihilatio dicit̄ corruptio. dr̄ aūt aliqđ habere potē
tiā ad generationē ꝑ hunc modū ꝑ hoc ꝙ est potētia
in agēte ad ꝓductionē ipsi⁹. ⁊ siliter dr̄ aliqđ habere
potentiā ad corruptionē. q2 in agente est potētia ut
deducat illud in nō eē. ⁊ ſm hoc oīs creatura h3 potē
tiā ad corruptionē. hec ille. Ex q̄ patet ꝙ aliqđ isto 2°
mō dr̄ posse corrūpi. q2 potentia est in agēte qua pōt
duci in nō eē. non ex hoc ꝙ potētia talis ꝓprie sit i il
lo. Eandē ꝯnē expressius ponit de potentia dei. q. 5.
arti. 3°. vbi dicit ꝙ cōmentator ponit xi⁹ metaphisice
cōmento. ⁊ in libro de subā orbis ꝙ quedam res
create sunt in quax̄ nā nō est possibilitas ad non esse
q2 qđ in sua nā h3 possibilitatē ad non eē. non pōt ab
extrinseco acquirere sempiternitatē. s. sempiternam
nām. ⁊ hec qdē positio videtur rōnabilior. potētia eni
ad eē ⁊ nō eē non ꝯuenit alicui nisi rōne materie q̄ est
pura potētia. mā etiā cū nō possit eē sine forma non
pōt eē in potentia ad nō eē. nisi quaten⁹ ex̄ns sub vna
forma est in potentia ad aliā formā. Dupliciter igit̄ pōt
ꝯtingere ꝙ in nā alicui⁹ rei nō sit potentia ad non eē.
vno quidē mō ꝑ h̄ ꝙ res illa est forma tm̄ subsistens
in eē suo sicut subē incorporee q̄ sūt penit⁹ imāles. si
eni forma ex h̄ ꝙ inest materie est ꝑncipiū essendi in
reb⁹. nō ē nisi ꝑ sepationē forme a mā vbi ipsa forma
in eē suo subsistit nullo mō eē poterit sicut nec pōt a
seipso separi. Alio mō ꝑ hoc ꝙ in mā nō sit potētia ad
aliā formā. ſ3 tota materie possibilitas ad vnā formā
termine̅t̄ sicut est in corporib⁹ celestib⁹ in quib⁹ nō est
formax̄ ꝯtrarietas. Ille igit̄ sole res in sua nā possibi
litatē hn̄t ad nō eē. in quib⁹ ē mā ꝯtrarietati subiecta.
alijs ꝟo rebus ſm suā nām cōpetit necessitas eēndi
possibilitate nō eēndi ab eax̄ nā sublata. nec tn̄ ꝑ hoc
remouet̄ qn necessitas eēndi sit eis a deo. q2 vnū ne
cessariū cā alteri⁹ esse pōt. ut dr̄ 5° me^ce. Ipsi⁹ eni nāe
create cui cōpetit sempiternitas cā est de⁹. hec ille. Et
sic p3 ꝯ ſm eū. Sciēdū tn̄ ꝙ ista ꝯ. s. aliquā creaturā
simplicit̄ ⁊ absolute ncc̄e est eē. pōt malū sensū gn̄are
i cordib⁹ aliquox̄. licz scūs Tho. bonū ⁊ catholicū sen
sum i ea habuerit. ipsi tn̄ nō assentio ⁊ ex cā. sensum
tn̄ sci doctoris firmit̄ teneo quā 2a ꝯ expresse decla
rat. nō eni aliud intēdit nisi ꝙ aliq̄ creatura nō ē mu
tabilis ꝑ potentiā que sit in ea. ¶ 3a ꝯ est ista. ꝙ nulla
creatura h3 in se potentiā ꝑ quā possit cedere in nihi
Probat̄ sic ſm scm̄ doctorē de potētia dei vbi supra.
Oīs res creata aut ē forma subsistens aut cōposita
ex mā ⁊ forma. si sit forma subsistēs. iā declaratū est
ꝙ nō h3 potētiā ad h̄ ꝙ cedat i nihilū. Si sit cōposita
ex mā ⁊ forma. aut sua materia est i potētia ad aliam
formā aut nō. Si 2° mō sic ē corp⁹ celeste. dictū ē iter
ꝙ nō h3 potētiā ad non eē. Si ꝑ mō. sic licz talis res
hēat potētiā ad nō eē. nō tn̄ ad h̄ ꝙ cedat i nihilū. qđ
sic p3 ſm eūdē ibidē. In illis inq̄t reb⁹ i qb⁹ ē possibili
tas ad non eē mā ꝑmanet. Forme ꝟo sicut ex potentia
māe educūt̄ in actū in rerū gn̄atiōe. ita in corruptiōe
de actu reducūt̄ in hoc ꝙ sint in potentia. Unī relin
quit̄ ꝙ in tota nā creata nō ē aliq̄ potentia ꝑ quā ali
quid sit possibile cedere i nihilū. hec ille i forma. Ean
dē ꝯnē tenet ꝑma pte. q. 104. arti. 4°. vbi sic ait. Crea
ture uel sūt imāles ⁊ sic i eis nō est potētia ad nō esse
uel sunt māles ⁊ sic saltē sp remanēt ſm māam q̄ icor
ruptibilis est. utpote subiectū gn̄atiōis ex̄ns. hec ille.
Et si arguit̄ de accn̄tib⁹ q̄ nō hn̄t māam pte sui. ⁊ tamē
q̄nq3 desinūt eē. ⁊ sic vident̄ ānihilari. rndet ibidē ad
3m ꝙ forme ⁊ accn̄a nō sūt entia cōpleta cū nō subsi
stāt. q2 qđlibet eox̄ est aliqđ entis. sic eni ens dr̄ q2 eo
aliqđ ē. ⁊ tn̄ eo mō q̄ sūt nō oio i nihilū redigūt̄ non q2
aliq̄ ps eox̄ remanet. ſ3 tn̄ remanēt i potētia materie
uel subiecti. hec ille. Idē dicit de potētia dei. q. 5. arti
4° ad 9m. Et si obijciat̄ de grā ⁊ charitate q̄ desinūt
esse. ⁊ tn̄ nec earū remanet aliq̄ pars nec remanent
i potētia materie ul' subiecti de q̄ possint educi. Re
spōdet ipse in de ꝟtutib⁹. q. de charitate q̄ est 2a q̄stio
illi⁹ libri arti. 12° ad 21m. ait eni sic. Charitas ꝓprie lo
quēdo nō corrūpit̄ ſ3 subiectū desinit ꝑticipare cha
ritatē. vn̄ nō ꝓprie dr̄ ꝙ charitas corrūpat̄ i aliqđ ul'
in nihilū. hec ille. ¶ 4a ꝯ est hec. ꝙ oīs creatura subsi
stens est mutabilis ſm eē accn̄ale ꝑ potētiā q̄ ē i ipsa.
ꝓbat̄ ꝯ. Quātū ad oia corporalia p3. q2 pn̄t mutari lo
caliter. p3 etiā de substātijs incorporeis. q2 hn̄t potē
tiā ad hoc ꝙ mutet̄ ſm locū ⁊ ſm electionē. ut ponit
scūs Tho. ꝑma parte. q. 9. arti. 2°. Et ꝑmo sentētiarū
vbi s. ¶ S3 ꝯ 2m ꝯnē arguit Aureol⁹ i 2a q. hui⁹ di

stinctionis multipliciter. Primo sic. Qđ ī se est ipos/
sibile nulli potentie ē possibile. alioquin impossibile
fieret possibile. ſ3 ſi ſubē abstracte non ſūt possibiles
nō eē i ſe. ſequiꝛ ꝙ ſint ipossibiles nō eē in ſe. ergo pol/
lent eni nō possibile ⁊ impossibile. nō ꝫ ſubſtantie ab/
stracte ꝑ nullā potentiā erūt possibiles nō eē. ⁊ per
ōis ānihilari nō possunt: qđ repugnat fidei veritati.
Et ɔfirmaꝛ q2 cōmentator expſſe dicit ꝓ celi ⁊ mūdi
cōmēto. i2 4°. ꝙ ɔceſſū ē ab oīb⁹ ⁊ ꝑ ſe notū ipossibi/
le i ſe eē ipossibile ſm extrinsecū. ¶ 2° ſic. Oē ɔtētū
ſub aliq̄ clauditꝛ ſm ſe ⁊ absolute ſub aliqua differen/
tiarū diuidentiū illud ſub q̄ ɔtineꝛ. ſicut hō ɔtinetur
ſub rōnali. ⁊ oīs ſpecies animalis ɔtineꝛ ſub rationa/
li uel irrōnali. S3 Auicen. dicit ꝓ metaphisice. ꝙ ens
diuiditꝛ ꝑ necesse eē ⁊ possibile. ɔstat aūt ꝙ ſubſtan/
tie ſeparate nō ɔtinenꝛ ſub necesse eē. tū q2 ipſe ꝓ/
bat ibi ꝙ non est niſi vnū necesse eē. tum q2 demon
strat ibidē ꝙ necesse eē nō hꝫ cām ſui eē. ſicut hīt
ſubſtantie ſepate. tum q2 qđ est necesse eē in ſe. per
nullā potētiā imutari pōt. q2 eni ſorte ſedente neceſ/
ſariū est ſortē ſedere: deus nō pōt oppositū facere. ⁊
ſil̄e est de oī necessario. tum q2 de⁹ vnū ɔtradictoriū
in aliud mutare nō pōt. necessariū aūt ⁊ possibile nō
eē ſunt ɔtradictoria. facit aūt deus intelligētias ab
ſtractas nō eē. ⁊ ita non erūt necesse eē. ꝫ ſubſtan/
tie abstracte in ſe ⁊ absolute ɔſiderate ɔtinentur ſub
possibili eē ⁊ nō eē. ¶ 3° ſic. Hec est diffinitio possibi
lis quā ponit Algaçel. ꝙ possibile est illud qđ ex alio
hꝫ eē ⁊ eo nō exīte nō hꝫ eē. Ex q̄ colligiꝛ ꝙ rō diffi
nitiua possibilis abstrahit ab eē ⁊ nō eē. nec deter/
minat ſibi eē. q̄ oīa cōpetunt ſubſtantijs ſepatis ſm
ſe ⁊ absolute ɔſideratis. vnde pōt ſic argui. Qđ ineſt
alicui ſm ſuā diffinitiuā rōnem etiā oī alio circūſcri/
pto ineſt. igiꝛ ſm ſe ⁊ absolute. ſ3 poſſe eē ⁊ non eē
ineſt ſubſtantijs intellectualib⁹ abstractis ſm qdditā
tiuā rōnē que est indifferens ad eē ⁊ nō eē. ꝫ possi/
bilitas ineſt eis ex ſe ⁊ nō ꝑ reſpectū ad potētiā agē/
tis ꝑmi. ¶ 4° ſic. Sic ē de alijs necessarijs ſic ē de eē
necessario. ſ3 alie ꝓprietates necessarie ꝑ diuinā po/
tētiā tolli nō possunt. nō eni pōt triangulus amittere
tres angulos nec diameter fieri cōmenſurabilis per
diuinā potentiā. ɔstat aūt ꝙ eē ſubſtantiarū abstra
ctarū tolli pōt ⁊ ānihilari. non ſunt necesse in eſſendo
imo possibiles eē ⁊ nō eē q̄tū est ex ſe. ¶ 5° ſic. Si/
cut ſe habet possibile cōplexū ad cōpositū. ſic possibi
le incōplexū ad ſimplicē entitatē. possibile eni ⁊ ipoſ
ſibile ſunt ɔditiones alicuius cōplexi. ut ſortē curre/
re est possibile. ⁊ icōplexū. ſortes eni est quoddā possi
bile. Et ɔfirmaꝛ ꝑ hoc ꝙ necessariū nō ſolū ɔſiſtit in
cōplexione. ut hoiem eē aial ē necessariū. imo ī in/
cōplexo. de⁹ eni est quoddā necessariū incōplexum.
ɔstat aūt ꝙ possibile cōplexū dꝛ absolute ⁊ ī ſe nō ꝑ
reſpectū ad aliqđ agēs. nō eni ē possibile ſortē curre
re ꝓpter potentiā cadentē ſup curſū. ſ3 q2 in ſe possi/
bile est. ꝫ possibile incōplexū ⁊ hꝫ oīs creatura nō di/
ceꝛ potentialis ꝓpter aliquā potentiā possibilē cade/
re ſup ipſum. imo in ſe ⁊ absolute. ⁊ ita ſubſtantie ab/
stracte in ſe ɔſiderate ſunt possibiles nō eē. ¶ 6° ſic.
De quacūq3 re ſimplici pńt formari duo ɔceptus ha/
bentes ɔnexionē ɔtingentē non necessariā. illud ta/
le dicitꝛ ɔtingens in ordine ad illam cōplexionē. ꝑ op/
positū eni ſi formeꝛ ɔcept⁹ quoꝝ cōplexio ē necessa/
ria. illud est necessarium. ut pꝫ. ꝙ q2 de ſorte formaꝛ
conceptus animalis ⁊ ſubſtantie. conceptus aūt ani/
malis ⁊ ſubſtantie necessario conuertuntur. ⁊ ideo
ſortē est necesse eē in ordine ad hoiem ⁊ aial. Iſta ꝓ/
pe necessaria est. ſortes est hō. ⁊ ſortes est aial. ſ3 con
ſtat ꝙ cū concept⁹ eēntie ⁊ iterū forme fluentis ſiue
opationis ⁊ actus q̄ ē ɔcept⁹ eē. inter iſtos aūt duos
ɔceptus nō est ɔnexio necessaria. imo ɔtingēs. eſſen
tia eni cuiuſlibet creature cōtingenter reſpicit eē ⁊
non eē. ꝫ nihil est dictu qn oēs creature ⁊ ſubſtantie
ſeparate in ſeipſis ſint possibiles eē ⁊ non eē ac defe/
ctibiles. ¶ 7° ſic. Qđ ineſt alicui ex ɔditione ſue natu
re ineſt ſibi absolute nec ꝑ cōpationē ad aliqđ agens
ſ3 Aug⁹ dicit de fide ad Petrū cap. 10. ꝙ nās a deo fa
ctas ad defectū ducit nā originis. Et ī libro de vera
religione ait. ꝙ creature mutabiles ſunt q2 nō ſūme
ſunt. ⁊ determinat ꝙ oē qđ incipit finitur ſm nām. ꝫ
absolute ⁊ ſm ſe ſubē abstracte ſunt defectibiles ⁊
possibiles non eē. ¶ 8° ſic. Aut ſubſtantie abstracte a
deo manutenenꝛ. q2 ſūt defectibiles in ſe. aut q2 nō
ſunt defectibiles ī ſe. Nō pōt dici 2m. qđ eni nō ē de/
fectibile in ſe nō indiget manutenēte cū poſſit ꝑma/
nere ꝑ ſe. ꝫ necesse est ꝙ detur ꝑmū. ſ. ꝙ ſint defecti/
biles in ſeipſis. ⁊ ꝑ ɔñs possibiles nō eē. ſic ꝫ impossi/
bile est poni ꝙ ſubē ſepate ſint necessarie aut icōmu
tabiles in eē ſubſtantiali q̄tū est ex ſe. ⁊ ꝙ ſint ſolum
mutabiles ꝑ potentiā dei agētis. niſi hec eēt nā eaꝝ
intrinſece de⁹ ipſas ānihilare non poſſet. vñ necesse
est ꝙ nā earū nō det eis ꝙ ſint ſp. ſ3 ꝙ ſint aliqñ ⁊ ali/
quādo nō ſm voluntatē dei ꝓducētis. ita ꝙ volun/
tas nō dat ꝙ ſint possibiles. ſ3 q2 nā earū est talis. ut
docet phs ꝓ celi ⁊ mūdi. hec ſūt argumēta ei⁹ ī forma
Ego quoꝝ riſione ꝑmitto ꝙ possibile ⁊ ipossibile di/
citꝛ tripliciꝛ. Uno⁹ ſm aliquā potētiā actiuā uel paſ/
ſiuā ſic dicitꝛ hoi possibile ambulare ſm potētiā greſ/
ſiuam. volare vō ipossibile. Alio⁹ nō ſm aliquā potē/
tiā. ſ3 ſm ſeipſum ſicut dicim⁹ possibile illud qđ non
est ipossibile eē. ⁊ illud dicimus ipossibile qđ necesse
est non eē. 3° dꝛ possibile ſm potentiā mathematicā
q̄ est in geometricis. put dicitꝛ linea potentia cōmēſu
rabilis. q2 quadratū ei⁹ est cōmēſurabile. hoc aūt poſ
ſibili pretermiſſo. circa alia duo ɔſiderandū ē ꝙ ipoſ
ſibile qđ dicitꝛ ſm nullā potentiā ſ3 ſm ſe ꝑmū dꝛ rō/
ne diſcoherentie terminoꝝ. oīs aūt terminoꝝ diſco/
herētia est rōne alicui⁹ oppositiōis. In oī aūt opposi/
tione icluditꝛ affirmatio ⁊ negatio. ut ꝓbaꝛ. 10. meta/
phiſice. Uñ in oī tali impossibili cauſaꝛ affirmationē
⁊ negationē eē ſil̄. hoc aūt nulli⁹ actiue potentie ē ꝙ
actio potentie actiue ſp terminaꝛ ad eē. ⁊ ſi eni aliqñ
fit ꝑ actionē nō eē. ut in corruptione patet. tñ hꝫ non
est niſi inq̄tū eē vni⁹ non cōpatitur eē alterius. ſicut
eē calidi non cōpatiꝛ eē frigidi. ⁊ iđ calor ex prin/
cipali intentione generat calidū. ſed ſi corrūpat frigi
dū. hoc est ex ɔſequenti. hoc aūt ꝙ est affirmationē

⁊ negationē esse simul rōnē entis habere nō pōt. nec etiā nō entis. q̄ʒ esse tollit nō esse. ⁊ nō esse tollit esse. Unde nec p̄ncipaliter nec ex ɔ̄nti pōt esse terminus alicui⁹ potentie actiue. Impossibile āo qd̄ dicit̄ s̄m aliquā potētiā pōt dupliciter attendi. Uno mō ꝓpt̄ defectū potentie ex seipsa. q̄ʒ videlicʒ ad illū effectū nō pōt se extendē. utpote q̄ꝫ nō pōt agēs nāle transire aliquam materiam. Alio mō ꝓpter aliquod extrinsecū utpote cū potentia alicui⁹ impedit̄ uel ligatur. Sic ergo aliqd̄ dicitur ip̄ossibile fieri tripliciter. Uno mō ꝓpter defectū potentie actiue siue ī transmutando materiā siue in quocūqʒ alio. Alio mō ꝓpt̄ aliqd̄ resistens uel impediens. 3° mō ꝓpter h̄ ꝙ illud qd̄ dicit̄ ip̄ossibile fieri non pōt esse termin⁹ actiōis. Ista distinctio in forma ē s̄ci doctoris de potētia dei. q. i. arti. 3°. Item. q. 3. arti. 14°. Eandem ponit quo ad duo p̄ma mēbra p̄ma p̄te. q. 25. arti. 3°. Dicit enim ꝙ aliqd̄ dr̄ possibile dupliciter. Uno° p̄ respectū ad aliquā potētiā. 2° mō aliqd̄ dicit̄ possibile absolute ex habitudine terminoꝝ. q̄ʒ p̄dicatū non repugnat subiecto. ⁊ dicit ꝙ eodē mō ē duplex impossibile oppositum duplici possibili. Idem ponit. q. 46. arti. p̄. ad p̄mū. Itē p̄ sen. dis. 42. arti. 3°. 2° p̄mitto ꝙ iudiciū de possibili ⁊ impossibili pōt dupliciter considerari. vno mō ex parte iudicantiū. alio° ex parte eius de q̄ iudicat̄. Quātū ad primū sciēdū. ꝙ si sūt due sciētie quaꝝ vna considerat causas altiores. ⁊ alia min⁹ altas. iudiciū in vtraqʒ nō eodē mō sumet̄ sed s̄m causas quas vtraqʒ ɔ̄siderat ut patet in medico ⁊ astrologo: quoꝝ astrologus ɔ̄siderat causas sup̄mas. medicus autē causas ꝓximas. vnde medic⁹ dabit iudiciū de sanitate uel morte infirmi s̄m causas ꝓximas id est s̄m virtutē nature. astrolog⁹ aūt s̄m causas remotas. s. s̄m ꝓportionē sideꝝ. Eodē mō ē in ꝓposito Est eni duplex sapientia scilicʒ mūdana q̄ dicit̄ philosophia que cōsiderat causas iferiores. s. creatas ⁊ s̄m eas iudicat. ⁊ diuina q̄ dicit̄ theologia q̄ considerat causas sup̄iores. i. diuinas s̄m q̄s iudicat. Dicūt̄ aūt cause sup̄iores diuina attributa. ut sapia: bonitas: volūtas diuina ⁊ h̄ō. tūc sic loquēdo de possibili ⁊ ip̄ossibili p̄ respectū ad aliquā potētiā. aliqs effect⁹ possibilis uel impossibilis iudicat̄ a theologo s̄m causas sup̄iores. s̄m aūt iudiciū philosophi dicit̄ possibilis uel impossibilis s̄m causas inferiores. si aūt consideretur istud iudiciū q̄ātū ad naturā eius de quo iudicat̄. sic patet ꝙ effectus debēt iudicari possibiles uel impossibiles s̄m causas ꝓximas ⁊ determinatas quas precipue effectus imitant̄. ⁊ ideo s̄m eas p̄cipue iudicium de effectibus sumitur. quod patet per simile de potētia passiua. nā materia non dicit̄ ꝓprie loquēdo in potētia ad aliquid: q̄ ē remota sicut terra ad cyphū. sed q̄ est ꝓpinqua vno motore potēs exire ī actū. ut pʒ p̄ ph̄m. 9°. metaphisice. sic aurū ē potentia cyphus sola arte educēte in actū. ⁊ similiter effectus inq̄ātū est ex sui natura nō nisi a ꝓpinquis causis possibiles uel ip̄ossibiles dicūt̄. Istā distinctionē in forma ponit s̄cūs Tho. de potētia dei. q. i. arti. 4°. ⁊ p̄ sen. dis. 42. arti. 3°. 3° p̄mitto ꝙ necessitas multipliciter dicit̄. necesse eni est qd̄ nō pōt nō esse: qd̄ qdē ɔ̄uenit alicui vno mō ex p̄ncipio intrinseco ⁊ h̄ siue materiali sicut dicim⁹ ꝙ omne cōpositū ex cōtrarijs necesse ē corrūpi. siue formali sicut dicim⁹ ꝙ necessariū est triangulū habere tres angulos eq̄les duobus rectis. ⁊ hec necessitas est naturalis ⁊ absoluta. Alio° cōuenit alicui qd̄ nō possit nō eē ex aliq̄ extrinseco uel fine uel agente. Fine quidē sicut cū aliqs sine hoc nō pōt consequi aliquē finē ut cibus dicit̄ necessari⁹ ad vitā. ⁊ equus ad iter. ⁊ hec vocat̄ necessitas finis que interdū etiā dicit̄ vtilitas. ex agēte aūt hoc alicui cōuenit sicut cū aliquis cogitur ex aliquo agēte ita ꝙ non possit ɔ̄trariū agere. ⁊ hec vocatur necessitas coactiōis. Hanc distinctionem ponit s̄cūs doc. p̄ma p̄te. q. 82. arti. p̄. Item p̄ sen. dis. 6. q. i. arti. p̄. Itē sen. 2°. dis. 29. q. i. arti. p̄. Itē 4° sen. dis. 7. q. i. arti. p̄ questiuncula. 2a. Itē de veritate. q. 22. arti. 5°. et. q. 23. arti. 4°. ad primū. Itē ɔ̄ gētiles. li° 2°. ca° 29°. 4° p̄mitto ꝙ necessariū absolute dicit̄ aliqd̄ dupliciter. Uno° q̄ʒ ē necessariū p̄ illud qd̄ in essentia sua est siue illud sit ipsa essentia sicut in simplicib⁹. siue illud sit materia uel forma. ⁊ isto mō accipit s̄cūs doctor necessariū absolute ⁊ simplicit̄ p̄ sen. dis. 6. q. i. arti. p̄. vbi dat dictā descriptionē necessarij absolute. Item 2° sen. dis. 29. q. i. arti. p̄. vbi dicit ꝙ necessitas absoluta ē illa que ē ex priorib⁹ causis ut ex materiali uel formali. Itē 2° ɔ̄tra gētiles. ca° 29°. Item p̄ma p̄te. q. 82. arti. p̄. Alio° dicit̄ aliqd̄ necessariū absolute ⁊ simplicit̄ ꝓpter habitudinē ad inuicē terminoꝝ q̄ in aliq̄ ꝓpositiōe ponūtur sicut hoiem esse aial. ⁊ oē totū est mai⁹ sua p̄te. ⁊ isto mō accipit necessariū s̄cūs doctor de veritate. q. 23. arti. 4°. ad p̄mū. ⁊ p̄ma parte. q. 19. arti. 3° vbi ait. Necessariū absolute iudicat̄ ex habitudine terminoꝝ. utpote q̄ʒ p̄dicatū est in diffinitiōe subiecti. sicut necessariū est hoiem eē aial. uel q̄ʒ subiectū ē de rōne p̄dicati. sic h̄ ē necessariū: numerū eē parē uel imparē. hec ille. Ex quib⁹ distinctionib⁹ videtur sequi p̄ ꝙ substantiā separatā nō eē ē vno modo possibile. ⁊ alio mō nō. est inquā possibile 2° mō p̄me dis. q̄ʒ. s. nō implicat ɔ̄tradictionē. Itē ē possibile s̄m iudiciū theologi q̄ʒ. s. p̄ potētiā cause sup̄ioris. ut fuit dictū in 2° dis. nō ē aūt possibile 2° mō 2e. dis. q̄ātū ad naturā sube ita ꝙ ī ei⁹ natura sit potētia ad nō eē. nō etiā possibile s̄m iudiciū ph̄i q̄ iudicat s̄m causas inferiores. ⁊ isto mō locut⁹ ē s̄cūs doctor ɔ̄tra gentiles ⁊ in multis alijs locis. 2° sequitur ꝙ subam separatā nō esse ē impossibile vno modo. ⁊ alio mō non. nō est inquā impossibile quasi cōtradictionem implicans. nec p̄ respectū ad potētiā s̄m quā iudicat theolog⁹. sʒ est impossibile s̄m naturam ⁊ s̄m iudiciū ph̄i. 3° sequitur ꝙ subam separatā esse est necessariū absolute ⁊ simpliciter vno mō ⁊ non alio mō. Est inquā necessariū p̄ mō 4e dis. sed non 2° mō eiusdem dis. q̄ʒ licʒ sit necessariū isto mō quia. s. angelus est forma subsistens que est ꝓpria potentia ⁊ receptaculū ipsi⁹ esse existentie. ita ꝙ ea posita ponitur esse. tn̄ hoc cōplexū: suba separata ē uel actu existit. non ē tale ꝙ habeat necessariā habitudinē t̄minoꝝ ita ꝙ vnū sit de ra

tione alterius. ꝛ ideo nõ est illo mõ necessariũ quõ est necessariũ deũ esse ul' hoiem esse aial. uel triangulũ habere ꝛc. 4° sequit᷑ ꝙ ista ꝓpositio: sub̃a sepata habet simpliciter ꝛ absolute necesse esse. vno° est heretica. alio° est vera ꝛ catholica. sed q2 ille sensus quem habet dũ ẽ vera ẽ magis physic° q̃ theologic°. ideo theologi nõ libenter eam recipiũt. q2 sensũ posset errorẽ generare. sed tñ patz quõ scũs doctor sensum catholicũ habuit i positiõe eius ꝯtra gentiles disputans qui illo mõ necessariũ accipiũt quo ipse vtitur. Tunc ad primũ istoꝝ argumentoꝝ Aureoli dicitur distinguẽdo maiorẽ. Potest eni habere istũ sensum ꝙ illud qõ est impossibile in se ꝰ est ex discoherentia terminoꝝ nulli est possibile. ꝛ sic concedit᷑ a°r. sed b°r sũpta sub maiore ad illũ sensũ negat᷑. potest autẽ habere aliũ sensũ. s. ꝙ illud qõ est impossibile in se ꝰ est ẽm naturã rei uel causas ꝓximas ꝛ inferiores nulli ẽ possibile. ꝛ sic ẽ a°r falsa ꝛ b°r vera ut p3 p z^m correlariũ. ¶ Ad confirmationẽ dicitur eodẽ mõ. ¶ Ad z^m dicit᷑ ꝙ sub̃e sepate sũt necessarie eo mõ quo dictũ ẽ in 3° ꝛ 4° correlarijs. Et ad primã ꝓbationẽ in oppositũ dicit᷑ ẽm scm̃ Tho. de potẽtia dei. q. 5. arti. 3° ꝙ Auicẽna fuit illius opiniõis. sed opinio cõmẽtatoris in 12° metaphisice cõmento. ẽ in oppositũ. ꝛ videtur esse rõnabilioꝛ scõ doctori. ideo dicit᷑ ꝙ licz nõ sit nisi vnũ necesse esse qõ habet necessitatem a se. tñ non est incõueniẽs esse alia que habent necessitatem essendi ab alio ut dictũ fuit in z^a ꝯne. Ad secundam ꝓbationẽ dicit᷑ ꝙ Auicẽna ꝰ non demonstrauit nisi ad sensum q dictus est si aliquid tñ demonstret. Ad tertiã dicit᷑ ꝙ illud qõ est necessariũ z° mõ vltime distinctionis nullo mõ põt mutari etiam a deo. sed si sit necessariũ pmo mõ solũ. nõ est incõueniẽs ut p3 per primam ꝯnẽ. Ad quartã dicit᷑ ꝙ necesse esse ꝛ possibile nõ esse. vno mõ ꝯtradicũt. ꝛ alio mõ non. capiendo eni necesse esse z° mõ distinctiõis vltime. tũc contradicit huic qõ est possibile nõ esse. sed capiendo necesse esse p̃mo mõ illius distinctionis. uel secũdo mõ penultime distinctionis nõ ꝯtradicũt semp ut p p̃dictas distinctiões p3. ¶ Ad 3^m argumẽtũ p̃ncipale dicitur dupliciter. p° ꝙ Algaçel fuit insecutoꝛ Auicẽne ut p3 p dñm Albertũ in multis locis ꝛ ipsi eius libri testant᷑ scz Algaçelis. ꝛ ideo dicitur ꝙ ipse fuit illius opinionis cuius opposita est verisimilioꝛ ut dicit scũs doctoꝛ. Aliter dicit᷑ ꝙ argumẽtũ solũ ꝓbat ꝙ sub̃a separata ẽ de se possibilis esse. ꝛ ꝰ ꝯcedit᷑. Scũs Tho. eni cõcedit vbiq3 ꝙ oĩs creatura q2 habet esse a deo est potẽtialis ad ee. nec est suũ esse. sed illud qõ est in potentia ad esse non oportet ꝙ sit in potentia ad non esse. ac p hoc tali possibili non repugnat necesse esse loquendo de necessario absolutissime dicto de quo ꝓcedũt rões Auicẽne. ꝛ est necessariũ logicũ oppositũ. s. possibili non esse. vnde necessariũ absolute logicũ ẽ cui repugnat ex terminis non esse sed necessariũ metaphysicũ ẽ qõ nõ habet in se potentiã ad nõ esse. Aliter dicit᷑ ꝙ ipse diffinit ibi possibile logicum. qõ. s. scũs doctoꝛ vocat possibile simpliciter. ¶ Ad 4^m dicitur ꝙ alio mõ sub̃a sepata est necesse esse q̃ illa de quibus arguens loquit᷑. ut p3 in vltima distinctione. q2 talia cõplexa sunt necessaria simplicit᷑ ꝛ absolute logice loquendo non solum metaphisice. sed sub̃a separata solũmodo ẽ necesse esse absolute methaphisice. ¶ Ad 5^m dicit᷑ ꝙ fundamentũ illius argumẽti expresse est ꝯtra ph̃m 5° metaphisice cõmẽto. vbi ponit distinctionẽ p̃mã quã arguẽs nitit᷑ destruere. ꝛ iõ p̃terea b°r est falsa. q2 mũdũ esse fuit possibile p potẽtiam dei ante mundi creationẽ. licz mundũ esse sit cõplexum. Item a°r istius argumẽti nullã habet apparentiam. secus eni est de cõplexo qõ non est directe terminus actiõis alicui° potentie. ꝛ secus ẽ de incõplexo. ¶ Ad 6^m dicit᷑ ꝙ solũ ꝓbat ꝙ sub̃a sepata nõ habeat necesse esse z° mõ vltime distinctiõis. ꝛ ꝰ concedit᷑. si eni intendat excludere aliã necessitatẽ. negatur a°r argumenti. ¶ Ad 7^m cõcedit᷑ a°r. sed ad minorem dicit᷑ ꝙ Aug° intelligit ꝙ q2 creature nã est ex nihilo potest redigi in nihilũ. vtrũq3 tamẽ ẽ per potẽtiam creatoris ꝛ non creature ut dictũ est in z^a ꝯne. sed intelligit ꝙ nã creature cuiuslibet habet potẽtiã ad nõ esse. Eodẽ modo dicit᷑ ad secũdã auctoritatẽ. ¶ Ad 8^m dicit᷑ ꝙ sub̃e separate manutenent᷑ a deo ꝛ indigent manutenentia licz sint indefectibiles in se ꝰ est p potentiã intrinsecã. Et cũ dicit᷑. quia qõ non est defectibile in se ꝛc. Dico ꝙ aliquid esse indefectibile in se dicit᷑ dupliciter. Uno mõ quia ipsũ deficere implicat contradictionẽ. sicut de° ẽ isto mõ idefectibilis ꝛ tale nõ idiget manutenẽte. Alio mõ q2 in se no habet p̃ncipiũ deficiendi licz ab extra sit causa potens ipsũ facere deficere. ꝛ isto mõ sub̃e sepate sunt indefectibiles. sed taliter indefectibile indiget alio cõseruante non formaliter sed effectiue. Et hui° causa est quia indefectibile p̃mõ est ꝓprie ꝛ p̃ncipalissime indefectibile. ꝛ ideo oportet ꝙ oẽ indeficiens sit indeficiens p participationẽ ꝛ actionẽ ei°. Sicut igit᷑ cessante actione cause efficiẽtis q̃ agit p motũ in ipso instanti cessat fieri rerũ generatarũ. ita cessante actiõe agentis incorporei cessat ipsũ esse rerũ ab eo creatarum. sicut ait scũs doc. de potentia dei. q. 5. arti. p̃. ꝛ sic patet qd dicendũ ad argumẽta. ¶ Nũc restat dicere ad rõnẽ factam in pede qõnis. cum eni dicitur: Illud est ꝛc. Dicendũ ꝙ ẽm scm̃ Tho. p̃ma parte. q. 9. arti. z° ad 3^m. forme dicunt᷑ inuariabiles. quia non p̃nt esse subiectũ variationis. subijciunt᷑ tñ variationi inq̃ntũ subiectũ ẽm eas variat᷑. Unde p3 ꝙ ẽm ꝙ sũt sic variant᷑. non eni dicunt᷑ entia q̃si sint subiectũ essendi. sed quia eis est aliqd. hec ille in forma. Et eodem mõ de motu ꝛ mutatione. Et de ista questione hec dicta sufficiant.

Terũ circa octauam

distinctionẽ queritur: Utrũ attributorũ pluralitas diuine simplicitati repugnet. Et arguitur ꝙ sic. Illud eni quod est summe vnũ maxime a pluralitate remouet᷑. albius eni ẽm ph̃m ẽ qõ est magis impermixtius. sed diuina essentia ẽ sũme vna. quia est p̃ncipiũ toti° vnitatis. ĝ in ea nulla pluralitas cadere

malit.nã intelligere ul intellectiuũ nõ est de formali
intellectu relatiui.vñ qz psona in diuinis in suo formali
significato includit relationẽ ⁊ absolutũ:ideo non di/
cit puram relationẽ sed aggregatũ ex absoluto ⁊ re/
latiuo.sed actᵒ quo ꝓducitur verbũ dicit purã rela/
tionem in diuinis.vnde magister p̃ sen.di. ꝙ hoc est
genuisse qd paternitas. Et Damas.li.p̃ ca.9ᵒ.dicit ꝙ
relatio non sigt sube differẽtiã.sed modũ existẽtie sc3
non sigt absolutũ s3 relationem. igit cum intelligere
sit absolutũ.qz actus quo deᵒ formalit btificat.⁊ ẜm
regulã Aug. in omnibᵒ personis reperit simpliciter
⁊ nõ pluraliter.non est actᵒ q̃ verbũ ꝓducitur:nec de
eius formali significato. ℭ 3ᵒ. Actus q̃ producit vbũ
nõ e actus q dicat perfectionem simplicit.qñ meliᵒ e
ipsam habere simpliciter q̃ non ipsam.qz actus quo
ꝓducit verbũ est relatiuũ qd nõ dicit pfectionẽ sim/
plicit ẜm Ansel.monol.ca.9ᵒ. Item qz nõ est in oibus
psonis qbus non deest aliq perfectio simplicit.g itel/
ligere nõ est actus q̃ producitur verbũ. ℭ 4ᵒ. Actus
quo ꝓducitur verbũ distincte ⁊ ẜm rõnem ꝓpriam
supposito p impossibile ꝙ nulla eet possibilis creatu/
ra eet i diuinis.sed actus intelligẽdi sub ꝓpria ⁊ distin/
cta rõne ⁊ ut distinguitur ab actu volendi non eet in
diuinis supposito ꝙ nulla eet possibilis creatura.g actᵒ
quo ꝓducit verbũ non e formaliter actᵒ intelligendi
ℭ 5ᵒ. Actᵒ quo ꝓducit verbum realiter distinguit ab
aliq in diuinis.quia gñare ⁊ spirare realiter distinguũt
in diuinis:⁊ patnitas ⁊ cõis spiratio.sed intelligere a
nullo realiter distinguit sicut nec eẽntia.g actus itel/
ligendi nõ est actus q̃ producit verbũ ⁊c. ℭ zᵒ loco 3
eandem 3nem arguũt aliqui qs Petrus de palude
di.io.q.3ᵃ.recitat ꝓbãdo ꝙ itelligere ⁊ velle nõ sint
ꝓductiões psonarũ. ex q̃ sequit ꝙ dicere nõ sit intel/
ligere:nec spirare sit velle. Primo sic.qz ꝓductiones
sunt actus notionales non eẽntiales.s3 intelligere ⁊
velle sunt actus eẽntiales:non aũt notionales. igit.
ℭ zᵒ.quia ille operationes q̃ equaliter cõpetunt non
ꝓducenti sicut ꝓducẽti nõ sũt ꝓductiones.sed itelli/
gere ⁊ velle equalit cõueniunt spiritui sancto nou ꝓ/
ducenti sicut pñ ⁊ filio ꝓducẽtibus.igit ⁊c. ℭ 3ᵒ. Illa
que nõ differũt realit in diuinis nõ sunt diue produ/
ctiones.sed intelligere ⁊ velle nõ differũt realit.igit.
ℭ 3ᵒ loco 3tra eandẽ 3nem arguit Aureolus.pmo sic
Qñcũq3 aliq sunt vnũ ⁊ idẽ:cuicũq3 cõpetit vnum ⁊
alterũ.sed dicere e ꝓpriũ patris in diuis. intelligere
vero e cõe tribᵒ.g intelligere nõ est idẽ qd dicere. Et
si dicat ꝙ imo dicere e cõe tribᵒ: sed appropatur pñ.
hest expresse 3tra mẽtẽ Aug. qui dicit.5ᵒ de trinita/
te ca.16ᵒ. ꝙ filius in eo ꝙ verbũ relatiue dicitur ⁊ re/
fert ad patrẽ solũ.3stat aũt ꝙ verbũ refert ad dicẽtẽ
ex quo patet ꝙ soli patri cõpetit verbũ dicere i diui/
nis. ℭ zᵒ. Filiᵒ ⁊ spũs sanctus vere itelligũt in diuis
sed nõ pferũt verbũ in diuis nec dicũt.g intueri uel
intelligere nõ est dicere.⁊ ꝙ isti dicũt ꝙ verbum est
eẽntiale ⁊ cõe tribᵒ. appropat tamẽ filio sicut amor
spiritui sancto.⁊ sapia filio. hest expresse cõtra dicta
sanctoꝝ. De oi eni attributo qd est cõe tribᵒ ⁊ appro/
priat alicui psone verũ est dicẽ ꝙ pdicat in singulari
de tribᵒ. verũ est enim ꝙ tres psone sunt vnũ lumen
vna ars vna sapientia.⁊ tñ Augᵒ expsse negat.6ᵒ.de
trinitate.ꝙ pat ⁊ filiᵒ sint vnum vbum.sed solus filiᵒ
est verbũ.g nec verbũ est cõe tribus.nec intelligere
⁊ dicere verbũ idem ipoztant. ℭ Cõtra 5ᵃᵐ 3nem ar/
guit Aureolus ꝓbando ꝙ verbũ per suã ꝓprietatẽ
singulari modo cõnotet creaturã. quo nec eẽntia cõ/
notat nec aliq persona. Cui eni singularit cõpetit ali/
quid cõnotare i obliq quod alteri nõ cõpetit.illud ẜm
ꝓpriũ rõnẽ 3notat illud qd dat intelligi in obliq. sed
manifestũ est ꝙ verbũ dat intelligi creaturã in obliq
non eni spũs e spũs essentie ⁊ creature oĩs. ꝓprie eni
dicit ꝙ creature dicũtur verbo ⁊ nullus dicit ꝙ di/
cant pñe ul spiritui sancto.g ẜm suam ꝓprietatẽ ver/
bum 3notat creaturas. ℭ zᵒ ad idẽ. Ois respectus q
debetur vbo rõne eẽntie eque ipoztat per filiũ sicut
per vbũ:⁊ eodẽ mõ per rõnem uel p quodcũq3 voca/
bulũ exp̃mẽs psonam filij. sed Augᵒ. dicit.83.qõnũ.
q.63.exponẽs illud In principio erat verbũ.ꝙ h loco
verbũ mens interptat.ut significet nõ solũ ad patrẽ
respectᵒ.sed ad illa q̃ p verbũ facta sũt operatiua po/
tentia.igit verbũ p suam ꝓpriã rõnẽ 3notat creatu/
ras. ℭ 3ᵒ. sic. Illud qd per suã ꝓpriã rõnẽ nõ intelligi/
tur sine aliq videt illud 3notare.sed vbũ sp dr alicuiᵒ
vbũ.utpote creature uel alteriᵒ. vñ Augᵒ.7ᵒ de tri/
nitate ca.3ᵒ. dicit ꝙ sic verbũ qd nos pferimᵒ seipsũ
mouet i illud de q̃ loqmur.sic vbũ dei p qd facta sũt
oia ondit prẽm sicuti e.⁊ eadẽ rõne possumᵒ nos dicẽ
ꝙ ondat oia.igit de rõne vbi e ut 3notet oia dicta ⁊
p ipsũ vbata ut ita liceat loqui. hec ille. ℭ Cõtra 6ᵃᵐ
3nẽ arguit dicẽs ꝙ ille modus stare non põt.tũ quia
spũs scũs nõ ꝓcedit ut amor sed potiᵒ ut amans in q̃/
dã eẽ donato p vim amoris.amãs aũt sic positᵒ gerit
similitudinẽ suipsiᵒ incẽptũ emittit ⁊ donat sic vbũ si/
mile ei cuiᵒ e vbũ.tum zᵒ.qz saltẽ amor diuinᵒ incẽptũ
hꝫ silis e ei a q̃ ꝓcedit ẜm istos.⁊ p 3ñs spũs scũs incẽp
tũ hꝫ erit imago. tũ 3ᵒ. qz isti dixerunt alibi ꝙ ex h ꝙ
aliquis rem aliquã amat ꝓuenit quedam ipsessio rei
amate in affectu amantis ẜm quã amatũ dicitur esse
in amãte sic intellectũ in intelligẽte.talis aũt impssio
repugnat spiritui scõ.g habuerũt dicẽ 3nter ꝙ spũs

scūs est silitudo rei amate ꝛ ita imago. tum 4º quia de rōne imaginis nō videtur eē ꝙ sit originata ab eo cuiº ē imago. alias soli carpentarij q sciunt imagines sculpe hrent imagines nec eēnt imagines alioꝝ. h ille

Ad argumenta Aureoli cōtra pmā ꝯnē rñdetur. Et ad pmū negaṫ añs illud ꝑ cuiº ꝓbatione ista septem argumēta facta sūt. Tūc ad pmā ꝓbationē ꝯcediṫ ꝙ si loqṫ de forma infinita ꝛ illimitata ſm eē. nulla talis ē inherēs intellectui: nec subsistens extra deū uel pṫ deum. ꝛ tūc negaṫ hoc. nō eni rosa quā intelligēdo aspicimus est illo mō infinita aut illimitata sed ē ipsa quidditas rose nō subsistens nec inherēs. uel ē ipse cōceptº quo mediāte aspectº intellectº terminaṫ ad quidditatem ꝛ naturā rose. ipsa aūt quidditas rose non est infinita ſm eē aut illimitata aut adequans infinita indiuidua ſm eē. nec etiā conceptº rose. nullū eni istoꝝ adequat ſm esse infinita indiuidua. Si autem intelligatur aᵃ de forma infinita in repñtando uel de infinita ſm rōnem sue speciei sic negaṫ. ꝛ hoc ꝯcediṫ. ꝯceptº eni rose repñtat infinita indiuidua eiusdem speciei q̄tum ad pncipia eēntialia. ꝛ forma illo mō infinita pōt inherere intellectui. ipsa etiā nā seu quidditas rose ut intellecta in actu pōt dici quodāmodo infinita. qꝛ ipsa intelligiṫ nō intelligēdo illa q̄ ea ꝯtrahūt ad h uel illud indiuiduū. sic aūt ē infinita. nō quidē ſm eē qḋ limitatur ex receptione in illa nā sed ē infinita ſm rōnē sue speciei. si eni nā rose eēt subsistēs i nullo recepta ipsa nō limitareṫ q̄tū ad rōnem sue speciei. limitatio enim q̄tū ad h ꝑuenit ex hoc ꝙ recipiṫ in h uel in h: ꝛ ideo eēt illo mō infinita. licꝫ ḡ natura rose nō sit subsistens sed in singularibº recepta. qꝛ tñ dū intelligiṫ abstrahitur ab illis q̄ eam limitāt. ipsa inq̄tū intellecta ē infinita. imo q̄libet forma vniuersalis est isto mō infinita ut expresse ponit scūs doctor. 3º sen. dis. 13. q. 1. arti. 2º questiūcula 2ᵃ. nec ē inconueniēs aliqd pṫ deū esse infinitū isto mō scꝫ ſm rōnem sue speciei ut ipse dicit ibi de gratia aīe christi: ꝛ de formis nāliter subsistētibus pma pte. q. 7. arti. 2º Et sic patet q̄tū ad illā probationē qd dicēdū presertim cū dicit ꝙ nulla forma infinita pōt eē inherēs uel pṫ deū subsistēs. Cū aūt dicit ꝙ nulla forma nō singularis ꝛc̄. diceṫ post. ¶ Ad 2ᵐ negatur hoc. dico enim ꝙ forma illa quam vocat specularē scꝫ ꝯceptus quidditatis rose est forma singularis in existēdo ꝛ indiuiduata ꝑ subiectū. sꝫ ē vniuersalis in repñtando. nec eiº singularitas in existendo repugnat sue intelligibilitati cū sit imālis ꝛ a ꝯditionibº materie sepata ut optime declarat scūs Tho. pᵃ pte. q. 76. arti. 2º ad 3ᵐ. Et de spūalibº creaturis. q. 9. ad. 15. arᵐ. Sciēdū tñ ꝙ nō dicit scūs doctor ꝙ intellectus solū aspiciat illū ꝯceptū quē cōcipit: sed etiam rē extra ꝑ illū. res aūt extra aīam quā intellectus directe aspicit ē ipsa nā existens in singulari. Ipsa autē natura ē quidē īdiuiduata extra aīam ꝑ sui receptionē in aliq. sed ē vlis ꝑut hꝫ eē in intellectu. ſm ꝙ ostēdit scūs Tho. de spiritualibº creaturꝭ. q. 9. ad 6ᵐ. Nō est inqt differētia inṫ Aristotelē ꝛ Platonē. nisi in h ꝙ Plato posuit ꝙ res q̄ intelligiṫ eodē mō hꝫ esse extra animā quō eam intellectº intelligit id est ut abstracta ꝛ cōis. Arꝭ. vero posuit rē q̄ intelligiṫ eē extra animā sed alio mō qꝛ intelligiṫ abstracta ꝛ hꝫ eē cōcrete. ꝛ sic ſm Platonē ipsa res q̄ intelligiṫ ē extra aīam. ita ſm Arꝭ. qḋ patet ex hoc ꝙ neuter eorum posuit sciētias eē de his q̄ sunt in intellectu nrō sicut de substātijs. sꝫ quidē Plato dixit de formis sepatis. Arꝭ. ḋo de q̄ditatibº rerū in eis existētibº. sed rō vniuersalitatis q̄ ꝯsistit i cōitate ꝛ abstractione seqtur solū modū intelligēdi inq̄tū intelligimº abstracte ꝛ cōiter. ſm Platonē ḋo seqtur modū existendi formarū abstractarum ꝛ iō Plato posuit vniuersalia subsistere. Arꝭ. aūt non. hec ille in forma. Consimile ponit pma pte. q. 85. arti. 2º ad 3ᵐ vbi ait. Cū diciṫ aliqd eē intellectum in actu duo īportanṫ scꝫ res q̄ intelligiṫ. ꝛ h qḋ est ipsū intelligi. ꝛ silr cū diciṫ vle abstractū. duo intelliguntṫ scꝫ ipsa nā rei ꝛ abstractio siue vlitas. Ipsa igitur natura cui accidit īteligi uel abstrahi uel intētio vlitatis. nō est nisi in singularibº. sed h ipsū qḋ est intelligi uel abstrahi. uł intētio vlitatis ē in intellectu. ꝛ h possumus videre ꝑ simile i sensu. visus eni videt colorem pomi sine eiº odore. si ḡ queriṫ vbi sit color q videṫ sine odore. manifestū est ꝙ color q videṫ est in pomo: sed ꝙ sit sine odore ꝑceptº h accidit ei ex parte visus inq̄tum in visu ē silitudo coloris ꝛ nō odoris. Siliter humanitas q̄ intelligiṫ nō est nisi in hoc uel in illo hoīe. sed ꝙ humanitas q̄ intelligiṫ apphendiṫ sine ꝯditionibº indiuiduantibº qḋ est ipsā abstrahi ad qḋ seqtur intētio vniuersalitatis. accidit humanitati ſm ꝙ ꝑcipiṫ ab intellectu in q̄ est silitudo nature speciei ꝛ non indiuiduantiū pncipioꝝ. hec ille. Ex qbº patet quō forma ad quā terminaṫ aspectº intellectº ē in intellectu subiectiue ꝛ quō non. ꝛ quō q̄libet illarū est vlis. ꝛ quō intellectus licꝫ nō termineṫ ad hāc rosā. tamē nō oportet fingere tale quid infinitū in esse conspicuo positū ut arguens credit. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ intellectus duplicem formā aspicit scꝫ conceptum quem format qui ē quod intelligitur ꝛ quo natura que est extra intelligitur. Et secūdario aspicit naturam extra animam existentem. vnde sanctus Tho. 3º sen. dis. 14. q. 1. arti. p. questiuncula. 4ᵃ. dicit. Illud in quo aliquid videtur est ratio cognoscendi illud quod in eo videtur. ratio autem cognoscendi est forma rei inq̄tum est cognita. quia per eam fit cognita in actu. vnde sicut materia ꝛ forma sunt vnum in esse. ita ratio cognoscendi ꝛ res cognita sunt vnum cognitum: ꝛ ꝓpter hoc vtriusqꝫ est vna cognitio ſm actum ꝛ ſm habitum. hec ille. Illa autem res extra animam est abstracta ꝛ vniuersalis modo quo dictum ē. ꝛ illo modo predicatur de pticularibº rosis qḋ pꝫ expsse ꝑ scm̄ doctorē i tractatu de genere. caꝑº. Uniuersale inqt dr̄ dupliciter. Uno modo ipsa natura cui intellectus propter aliqd in ea inuentum intentionem attribuit. ꝛ sic vniuersalia rerū naturas significant. ꝛ predicaṫ in quid. animal nāqꝫ dicit substantiam illius de quo pdicaṫ. ꝛ hō silr. ꝛ isto mō nō ē vnū in multis: imo nā pdicatorū sꝫ multiplicaṫ in subiectis. quot eni sunt hoīes tot sūt aīalia. Alio mō diciṫ vniuersale nā illa sub intentione

ꝯitatis sibi attributa ⁊ sic ꝓpter vniformitatē rōnis
inuētā in intētiōe q̄ fit ꝑ remotionē a ꝯditiōib⁹ mālib⁹
⁊ ab diuersitate ē vnū in multis. sic eni oēs hoīes sunt
vnus homo ⁊ vnum animal. in re igitur nihil est com-
mune multis. quia quicquid est in re est singulare vni
soli ꝯicabile. qḋ aūt cōe est agit̄ ꝑ itellectū ⁊c. ¶ Ad
4ᵐ ꝯcedit̄ 2ᵐ mēbrū diuisionis. Et ad p̄mā ꝓbatio-
nem in oppositū dico ꝙ non experimur nos ꝑ diuer-
sos actus ferri i rosā ⁊ ꝯceptū rose. imo eodē actu in-
telligim⁹ vtrūq̄. nā ꝯcept⁹ ē qḋ itelligit̄ ⁊ q̄ aliud sc3
res eodē actu itelligit̄ ut dictū fuit. nō ē ḡ ibi p̄oritas
nāe ⁊ non successio actuū. Et si dicat̄ ꝙ nō expe-
rimur ꝙ act⁹ intellect⁹ ferat̄ sup illa duo. dico ꝙ nō
oportet h̄ experiri. sed sufficit ꝙ h̄ teneat̄ forti ⁊ suffi-
cienti rōne quā ponit scūs doctor in multis locis sc3
cōtra gētiles libro p̄ ca°. 53°. vbi ponit necessitatē po-
nēdi dictā ꝯceptionē. Intellect⁹ inqt ꝑ speciē rei for-
matus intelligēdo form. at seipso quādā intentionem
rei intellecte q̄ est rō ipsius quā signt diffinitio: ⁊ h̄ qui-
dē necessariū eo ꝙ intellect⁹ intelligit indifferent rē
absentem ⁊ p̄sentē. in q̄ cū imaginatione ꝯuenit. s3 in-
tellect⁹ h̄ habet amplius ꝙ etiā intelligit rē separatā
a ꝯditionib⁹ mālibus sine quib⁹ in rerū natura nō exi-
stit. qḋ non posset eē nisi intellect⁹ p̄dictā intētionē si-
bi formaret. ecce s̄m eū q̄ necessitas est ponere tales
ꝯcept⁹. q2 sc3 alit̄ intellect⁹ non haberet obiectū actu
intelligibile: qḋ terminaret suā oꝑationē: sibi p̄ns. Qz
autē eodē actu vtrūq̄ intelligat̄ p3. q2 s̄m p̄h̄m in de
memoria ⁊ reminiscētia idē motus ē i imaginē inq̄tū
est imago ⁊ i imaginatū. ⁊ ꝓpter h̄ dicit ibidē Ar. ꝙ
homo nō memoraret̄ de absentib⁹ nisi haberet apud
se fātasmata ⁊ imagines rerū absentiū in q̄s cū fert̄
nō ut tales res sūt. sed ut sūt taliū rerū imagines: eo-
dem motu cognoscit illas imagines: ⁊ ea quorū sunt
imagines. ⁊ tamē iste arguēs eodē mō posset calūni-
ari verba Ar. q̄tum ad positionē taliū imaginū sicut
calūniat̄ vba sci Thome q̄tū ad positionē cōceptuū
⁊ sic patet ad p̄mā ꝓbationē. 2ᵃ etiā non valet. cōce-
do eni qḋ ibidem infertur sc3 ꝙ sicut in prima opera-
tione intellect⁹ p̄mū intellectū est verbū quod ē in in-
tellectu qḋ est significabile ꝑ vocē incōplexā: ita i 2ᵃ
operatione intellect⁹ p̄mū intellectū est verbū com-
plexū. id ē significabile ꝑ vocē cōplexā l3 in tali obie-
cto intellect⁹ non sistat. sed ꝑ illud tēdat in rem extra.
hoc eni ponit scūs Tho. de v̄itate. q. 4. arti. 2° et de
potētia dei vbi sup̄ in p̄ma q̄ne allegatur. Nec valet
illud qḋ addit de Platone. exēplar eni qḋ ponebat
Plato erat s̄m eū vniuersale subsistēs extra animā.
in quē errorē incidit arguēs ponēs vniuersalia extra
animā saltē in esse conspicuo. nos aūt multum longe
dissimilia exēplaria ponimus cū Ar. ¶ Ad 5ᵐ nega-
tur h̄ ut statim patuit. necesse ē eni ponere tales cō-
ceptus: imo sine ipsis nihil intelligerem⁹. Et cū dicit
ꝙ non termināt actū intellect⁹. ꝯcedit̄ ꝙ non vltima-
te intellectionē terminānt. sed sūt media quib⁹ intelle-
ctus cognoscit res: ⁊ in illis h3 obiecta sibi p̄ntia cū s̄m
eē reale obiecta q̄rq̄ non sint ul' absentia sint ul' sal-
tem nō sint itelligibilia i actu. Et si dicat̄ ꝙ ad h̄ suffi-
cit ipsa species abstracta a fātasmatib⁹. h̄ non valet.
tū q2 illa species ē in ꝯsiderante ⁊ in nō ꝯsiderante. tū
q2 vnica species habita de albedine non sufficeret ad
habendū cōceptū generis ⁊ speciei ⁊ differētie albe-
dinis. tū q2 illa species non causat̄ ab intellectu possi-
bili: sed ab agente describitur in intellectu possibili
s̄m modum loquendi sci Tho. de veritate. q. xj. arti.
p̄. ad xjᵐ. Intellect⁹ aūt possibilis format quidditates
rerū. Et multa alia adduci possūt. Illud aūt qḋ addit
ꝙ res clari⁹ cognoscitur sine speculo. verum est si res
seipsa ē p̄ns sicut ē in sensu. sed secus ē de intellectu.
¶ Ad 6ᵐ negat̄ hᵒᶜ. nō eni ponēdū est sicut ponit ipse
ꝙ sensus dū sentit ponat res in tali eē conspicuo non
vero sed apparenti. nec etiā verū est ꝙ visus uel ali⁹
sensus exterior terminet̄ ad res que nō sūt. Ad illud
aūt qḋ dicit de cōmētatore dico ꝙ ipse exponit eum
ad placitū. nō eni cōmētator vult ꝙ visus nr̄ videat
in luna figuras q̄ ibi non sūt: sed ꝙ mediante visione
lune homo false iudicat de figuris non ꝑ oculos sed
per sensū cōem uel aliā potētiā iudicatiuā. visus eni
videt ibi aliq̄s figuras q̄ ibi sunt. s3 hō iudicat eē alias
⁊ est simile sicut si videā lupū a longe ⁊ iudicē eē canē
uel aliud animal. falsū eēt dicere ꝙ ego viderē ea q̄
non sūt. Et ita dicēdū est ad octo experiētias q̄s po-
nit ad istud negatū ꝓbādū tertia dif. huius p̄mi. Pri-
ma est cū quis portatur in aqua arbores existētes in
ripa videt̄ eidē moueri. ille eni mot⁹ s̄m eū nō h3 esse
reale alicubi. sed tm̄ intentionale ⁊ apparēs. 2ᵃ est de
motu circulari baculi q̄ subito mouetur. apparet eni
quidā circulus i aere fieri ex baculo quē dicit sc3 cir-
culum hr̄e tm̄modo eē intentionale. 3ᵃ est de fractio-
ne baculi apparētis in aqua. 4ᵃ est de dualitate can-
delarū apparētiū vno oculo eleuato: ⁊ altero nō. 5ᵃ ē
in colorib⁹ colli colūbe. 6ᵃ est de imaginibus que vi-
dent̄ i speculo. aliq̄n q̄dē infra. aliq̄n i sup̄ficie speculi
aliq̄n extra in aere int̄ videntē ⁊ speculū. 7ᵃ est de illo
qui vidit solem. postq̄ enim auertit oculos apparent
quedā rotūditates lucide an̄ oculos q̄ paulatim eua-
nescūt. 8ᵃ est in his qui aspexerūt circa rubea uel per
cācellos. ex tūc eni aspiciētes lrās ul' aliq̄ alia appa-
rent eis rubea uel cācellata. que quidē cancellatura
ul' rubedo nō hn̄t s̄m eū nisi eē intentionale tm̄. Per
istas octo experiētias vult inferre ꝙ sensus exterior
ꝑ actū suū ponit res in esse apparēti ⁊ intelligibili. Et
ex hoc vlterius infert ꝙ hoc idem facit intellect⁹ cum
sit eque formatiu⁹ sicut sensus exterior. ⁊ ꝯsequenter
ꝙ non oportet ponere ꝯcept⁹ quos ponit scūs Tho.
⁊ alij. s3 loco eoꝝ ponit talia apparētia. Et ad omnia
ista dicendū est ꝙ in illis octo illusionib⁹ sensus exte-
rior non videt nisi ea que sunt nec extra animā sunt
aliqua entia in tali esse obiectiuo posita. s3 si aliquod
tale sit illud est i anima sic ꝙ fantasma uel species la-
pidis dicatur lapis positus i esse apparenti ⁊ fantas-
mata talis circuli uel motus uel coloris uel fractio-
nis uel h̄ dicantur colores ul' circuli ⁊ h̄ positi in eē
obiectiuo. credo eni ꝙ talibus illusionibus operatur
fantasia uel sensus cōis aut cogitatiua chimericādo
sic in somno quādo facit apparere ea que nō sūt. sed

vigilātib⁹ male ꝯsiderātib⁹ forte videt̃ ꝙ illa q̄ fātasia
fabricat ex specieb⁹ p̄cōceptis ⁊ per sensū haustis sint
res extra de quibus forte fuit arguens. ita ꝙ indicāt
aliqd eē illud qđ nō est: uel eē q̄le aut vbi aut qñ non
est. Illo modo etiā fiunt demonū illusiones q faciūt
apparere mōtes aureos uel talia hꝫ. oia enī hꝫ fiunt
ꝑ diuersas cōpositiones specierū in organis latentiū
ut ponit sanct⁹ Tho. de malo. q. 16. arti. xi.ᵒ vbi ponit
multa pulchra de illa mā. patet ḡ ꝙ visus talia appa/
rentia nō videt. sed videns res exteriores in q̄ imagi/
natiua ꝯuertit̃ sup imagines rerū q̄si sup res veras:
errat forte indicādo fm sensū iteriorē se videre extra
quoꝝ imagines interi⁹ cernit recte sicut in somno uel
in p̄stigijs uel illusionib⁹. de q̄ mā prestigioꝝ sanctus
doctor loqtur satis ad ꝓpositū 2.ᵒ sen. dis. 8. q. i. arti.
5.ᵒ Sed qñ arguens dicit ꝙ q negat res poni in tali eē
⁊c. negat ꝯñā. nos enī nō dicim⁹ ꝙ oia q̄ apparēt sen/
sui interiori sint vera: sic ꝙ sint ea q̄ ipse indicat eē. sꝫ
tamē ipse semp fert̃ super verā rem q̄ tñ non est illud
qđ ipse indicat. quia ille qñqꝫ ꝯuertit̃ super rerū ima/
gines sicut sup res: ⁊ ideo non ē causa erroris. ⁊ bene
concedimus res poni in eē apparenti mō p̄dicto scꝫ ꝑ
suas species uel sua fātasmata. sed nō modo quo ille
ponit. sed certe dico ꝙ oia que sensus exterior videt
sunt vere res uel vere species rerū. Ar. autē arguit
ꝯtra ponētes ꝙ oia que apparēt sint veracit̃ non so/
lum entia. sꝫ talia q̄lia eē apparēt. qđ nō nos ponim⁹
sꝫ poti⁹ arguēs ponit q ex h̄ ꝙ sibi aliq̄ apparebāt eē
extra oculos suos indicat ita eē. ⁊ iđ ipse ē de illis cō/
tra q̄s arguit ph̄us. nos aūt cū ph̄o in de memoria ⁊
reminiscentia: ut pꝫ ex p̄fe p̄mū tractatū legēti circa
finē. ¶ Ad 7ᵐ dico ꝙ non ē ꝯtra nos. nos enī non po/
nim⁹ concept⁹ itellect⁹ nec rōnes rerū eē subiectiue
in fātasia: sed in intellectu possibili vbi eas ponit cō/
mentator ⁊ nō extra aīam in esse apparēti. Sciendū
autē ꝙ iste arguens i p̄ma. q. none dis. arti. p̄. propo/
sitione 3ᵃ arguit ꝯtra se insolubiliter. dicit enī sic. Oia
ista verba scꝫ de positione rerū in tali eē apparēti per
actū intellect⁹ oia inquā ista verba vidētur fantasie
qđ enī nihil est ꝓduci non pōt. res aūt in esse apparē/
ti nihil sūt ut sup̄ dictum est. ḡ ꝓduci nō p̄nt. hec ille.
Et post ridet ꝙ ista obiectio deficit. qꝛ res in esse ap/
parēti nihil ē i se nisi diminute ⁊ metaphorice eo mō q̄
entia rōnis eē dicūtur. ⁊ ea q̄ non sūt simplicit̃ sunt in
aīa: ut dicit cōmentator. 9. meᵗᵉ. cōmēto. 7.ᵒ Ait enim
ꝙ entia q̄ nō sūt extra aīam nō dicunt̃ entia simplici/
ter sed dicūtur esse in aīa cognitiua. Et. 7.ᵒ meᵗᵉ dicit
ph̄us. ꝙ negationes dicunt̃ entia mō logico. ⁊ sĩliter
12.ᵒ meᵗᵉ. Sic ḡ res in esse apparēti est mō metaphorico
sic actio q̄ format̃ est metaphorica. nec fingit Aure/
olus ē fantasia nisi Aug⁹ reputet̃ fantastic⁹ qui dicit
14.ᵒ de trinitate ꝙ tāta est vis cognitionis ꝙ per eam
aīa seipsā ante se ꝯspicuā cōstituit. ⁊ nisi sit fantastic⁹
cōmentator q dicit 3.ᵒ de aīa cōmēto. 18.ᵒ ꝙ si formare
ꝑ intellectum est eēnū: ⁊ formatū erit eternū. ⁊ nisi sit
fantastic⁹ ph̄us q hoc vocabulo vtit̃ 3.ᵒ de aīa. fm an/
tiquā trāslationē dicēs. formare autē per intellectū
res indiuisibiles erit in reb⁹ i quib⁹ nō est falsitas. vbi

cōmentator cōmēto. 24.ᵒ dicit ꝙ duplex ē actio intel/
lectus. vna q̄ appellat̃ formatio. ⁊ alia q̄ appellat̃ fi/
des. Et nisi sit fantasticus Anselmus monol. ca.ᵒ 4.ᵒ q
dicit ꝙ q factur⁹ est aliqd p̄mo illud intra se dicit me/
tis ꝯceptione. illa aūt sĩlitudo q̄ in acie mentis rē ipsā
cogitātis exprimit illud ē p̄ncipale verbū rei. vñ di/
cendū ꝙ cū fantasia dicat̃ apparitio. etiā nomē fāta/
sie demōstrat ꝙ res capiūt eē apparēs ꝑ cōprehēsio/
nes. hec ille. Sed certe apparet mihi ꝙ valde violē/
ter trahit istas auctoritates ad suū ꝓpositū ꝯtra nos
nulla enī istarū dicit ꝙ res habeat eē apparēs distin/
ctum ab oī eē reali. Ad primā enī que ē Aug. concē/
do ꝙ aīa seipsā ante se cognitionē ꝯstituit certe rea/
lē ꝯceptū sui ꝓducēdo in q̄ est aīa sicut in sui sensibile
vñ scūs Tho. 4.ᵒ ꝯtra gētiles ca.ᵒ xi.ᵒ dicit ꝙ itellectū
in intelligēte est intētio intellecta ⁊ v̄bū. ⁊ ꝙ verbū
lapidis in intellectu est lapis intellect⁹. ⁊ ꝙ v̄bū hoīs
in intellectu licꝫ non sit ver⁹ homo nālis: tñ est homo
intellectus. Et isto mō ꝯcedim⁹ res poni in eē appa/
renti. nō tñ ꝙ lapis apparēs uel homo nihil reale sit
imo est realis q̄litas: sed nō realis lapis uel homo. 4.ᵒ
cōtra gētiles ca.ᵒ xi.ᵒ vbi nō multa ꝑ ista materia. Ad
2ᵘᵐ que est cōmentatoris. et ad tertiā q̄ est Ar. dr̄ ꝙ
formatio illa intellectus ē realis intellectio ⁊ forma/
tū est realis cōceptus cōplexus uel indiuisibilis. Ad
4ᵘᵐ que ē Anselmi patet ꝙ ipse ponit expresse v̄bū
esse similitudinē que rē exp̄mit. non aūt ꝙ sit res ex/
pressa posita in esse ficto. vñ ista auctoritas sibi ē Go/
lie gladius: cū destruat recitantē. ¶ Ad ea q̄ vlterius
ꝯtra eādē ꝯ̄nē inducebat ridet̃. ad p̄mū quidē de il/
la diuersitate q̄ videt̃ in dictis scī Tho. ꝙ licꝫ opinio
quā ponit in scripto posset teneri si bñ intelligeret̃. tñ
illa quā ponit in sūma videtur tutior ⁊ dictis scōꝝ
concordior. nec mirū si aliud posuit in sūma q̄ꝫ in scri/
pto. q̄n enī sūmā scripsit materias meli⁹ digesserat.
⁊ que prius fm aliorum opinionē locutus qñqꝫ fue/
rat. finaliter suā sniam ꝓferebat presertim i hac ma/
teria de v̄bo. In scripto enī dicit ꝙ verbū in diuinis
potest teneri eēntialiter. in sūma vero oppositū dicit.
ibi dixerat ꝙ non semp dicit respectū ad creaturas.
hic dicit oppositū. ibi dixerat ꝙ fm suā ꝓprietatē pōt
dicere respectū ad creaturas. hic dicit ꝙ nō fm pro/
prietatem suā personalem: sed ex pte essentie quam
includit refertur ad creaturas. ¶ Ad cetera que sub/
dit dico ꝙ solum ꝓbant ꝙ nihil quod est preuium ad
diuinam intellectionem fm modum nostrum cōcipi/
endi: cuiusmodi est species intelligibilis que est prin/
cipium actus intelligendi: potest dici verbum. ⁊ hoc
concedo. sed non probat quin conceptus qui est ter/
minus diuine intellectionis sit ipsum verbum. illud
enim dicit relationem ad patrem dicentem. ⁊ est pro/
les ⁊ partus patris ⁊ gignit̃ de patris scientia sane in/
telligendo. ¶ Ad primū eorum que secundo loco in/
ducuntur contra eandem ꝯ̄nem dicitur ꝙ cū ph̄us
dicit ꝙ per operationes imanentes nihil producitur
uel ꝯstituit̃. intēdit ꝙ p hꝫ opationes nihil formalit̃ ⁊
uel ꝯstituit̃ qđ sit extrinsecū totalit̃
in q̄stū hꝫ necessario ꝯstituit̃ qđ sit extrinsecū totalit̃
operationi. modo cōceptio intellectus ut dictū est in

ꝑma ꝯne.licȝ sit aliud ab actu intelligēdi.nō tamē est
sibi totaliter extrinseca.imo est eius terminus intrin/
secus.nec etiā intendit negare Ar. quin per hꝰ actꝰ
uel operationes aliquando quādoqȝ cōstituat̄ intra
operantem.sicut patet de habitibus partis affectiue
qui causantur per actus appetitiuos.ꝛ de habitibus
partis intellectiue causatis per actus itellectus .vn/
de breuiter solutio data ad argumentum bona fuit.
Nec valet prima improbatio. quia multi dubitaue/
runt vtrum actus intellectus aut voluntatis produ/
cit aliqd extra:sicut patet de Auicen.qui posuit vnā
intelligētiā causare aliā p suā itellectionē.multi etiā
ponūt angelos p suū velle ꝛ itelligere mouere celos
Nec zª iprobatio valet.licȝ eni tales opationes sint
fines.cū hꝰ stat ꝙ p illas aliqd ꝑducit̄ nō totalit̄ extri/
secū illis opationibꝰ ut dictū ē de ꝟbo.uł ordinatū ad
ꝯsiles opationes:ut dictū ē de habitu. vn̄ nō oē opa/
tū ē finis opationis ꝑsertim illis duobꝰ modis. vn̄ ar/
gumētū istud sat̄ ē extra positū.nā phs.9ᵒ metaphi/
sice pticula.16. vbi ponit illā distictionē de opatiōibꝰ
aut actionibꝰ nō aliud intēdit fm cōmentatorē nisi ꝙ
aliq̄ res sūt quarū finis ē agere tm̄ ut oculus.alie sūt
quarū finis est agere aliquod actum : ut ars edifica/
toria.ꝛ pme opationes sūt in opante.nō aūt zᵉ. vnde
breuit̄ solū negat p tales operatiōes aliqd ꝑduci qḋ
sit finis earū. ¶ Ad zᵐ dr̄ ꝙ ꝑncipiū elicitiuū ꝟbi nō
est sola species.nec species cū cognitione ꝯfusa.ſȝ in/
tellectꝰ factꝰ in actu p speciē quā alij dicūt memoriā
fecūdā. Tūc ad iprobationē dr̄ ꝙ species intelligibil̄
cū intellectu possibili.uel potiꝰ intellectꝰ in actu nō ē
ipfectior ꝟbo qḋ ꝯcipit.imo qn̄qȝ pfectior.utpote qn̄
ꝟbū nō expmit totū qḋ ꝯtinet in specie illa. Nec va/
let ꝑbatio.licȝ eni ꝟbū expssius repsentet rē q̄ spēs
faciēs intellectū in actu.nihilominꝰ spēs ē pmanētior
ꝛ actiuior.nā ꝟbū nō pmanet post actualē ꝯsiderati/
onē sic spēs.dato tn̄ ꝙ ꝟbū eēt pfectiꝰ spē actui ꝑuia.
nō tn̄ est pfectiꝰ intellectu i actu. vnde idē argumētū
posset fieri ꝙ nullus habitꝰ eēt ꝑncipiū actꝰ.qꝛ actus
ē potētior habitu.ꝑ ethicoꝝ. ¶ Ad 3ᵐ dico ꝙ silitudo
int̄ intellectū ꝛ volūtatem nō valet.qꝛ volūtas nō est
potētia cōceptiua sic intellectꝰ:nec reqrit spēm ꝑuiā
actui sic intellectꝰ.nec terminat̄ ad rē illo mō q̄ intel/
lectꝰ.nā obiectū intellectꝰ ē res ut in intellectu.obie/
ctū volūtatis ē res ut in se ē.ꝯcedit̄ tn̄ ꝙ sic intellectꝰ
per actū suū gignit ꝯceptionē:ita volūtas p actū suū
emittit quandam impressionem amati in amante : ut
alias dicetur. ¶ Ad 4ᵐ negatur ꝯn̄a.nec valet pro/
batio.quia sensus exterior ꝛ intellectꝰ nō sunt eiusdē
rōnis ut solū differāt fm pfectū ꝛ ipfectū ꝑsertim nō
oȝ sensū sibi p actū suū obiectū fabrefacē.qꝛ ut dicit
phus zᵒ. de aia pticula.59.ꝛ.60.obiecta sensus sunt
extra.obiecta itellectꝰ sūt i aia. ¶ Ad 5ᵐ dr̄.ꝙ ꝟbū in/
tellectꝰ nr̄i licȝ sit eiusdē gn̄is cū spē intelligibili.tn̄ hȝ
debiliꝰ eē ꝛ itētionaliꝰ q̄ spēs itelligibilis actui ꝑuia.
cū nō remaneat nisi q̄diu remanet actꝰ intelligēdi.ꝛ
iō nō oȝ ꝙ sit ꝑncipiū vlterioris intellectionis sic spēs
erat. ¶ Ad 6ᵐ dr̄ ꝙ sic color ꝛ sua spēs itelligibilis nō
sūt eiusdē spēi i eē nāli.ita nec spēs itelligibilis ꝛ ꝟbū

cuiꝰ ipsa ē ꝑncipiū. ¶ Ad 7ᵐ negat̄ aᵃ loquēdo de re/
pn̄tatiōe actuali qcqd sit de habituali.ꝛ ꝑterea illa re
pn̄tatio quā facit spēs itelligibilis nō t̄minat actū in/
tellectꝰ:nec obijcit̄ illi. vn̄ reddit itellectū q̄si pregnā/
tē cū sit ab alio ipressa.iō nō oȝ ꝙ intellectꝰ dū fert̄ in
obiectū suū expmat ꝯceptū an̄ suū ituitū in q̄ specu/
let̄ obiectū. vn̄ nō sufficit ꝑmū repn̄tatiuū.qꝛ illud ē q̄
nō qḋ itellectꝰ itelligit. ¶ Ad 8ᵐ dr̄ ꝙ ꝯn̄a pᵃ nō valet
ſȝ sup falso intellectu fūdat̄.supponit eni ꝙ ꝟbū exi/
gat̄ ad habēdū expssā cognitionē sic q̄ uel ꝑncipiū co
gnoscēdi elicitiuū ꝛ nō sic t̄minꝰ actū cōples.qḋ falsū
eē ꝑma ꝯn̄a declarauit. Illa autē difficultas q̄ addit̄
ibi de visiōe btifica nō ꝯcludit aliud nisi ꝙ ꝯceptꝰ for/
matꝰ mediāte visione btifica nō adeq̄t visionē illā ita
ꝙ qcqd in deo videt̄ vno ꝟbo dicat̄.ꝛ hꝰ ꝯcedit̄.ſȝ nō
ꝯcludit ꝙ ꝟbū illud sit cognitio obscurior uel impfe/
ctior btifica visione.imo nō ē cognitio:ſȝ t̄minꝰ cogni/
tionis. Utrū aūt illa visio btifica t̄minet̄ ad plura ꝟba
uel ad vnicū dubiū ē. verisimile tn̄ videt̄ ꝙ illa visio
t̄minet̄ ad vnicū ꝟbū habitū de obiecto btifico eēnti/
alit̄ in actu.ſȝ habitualit̄ terminari pōt ad multa ꝟba
habita de attributis uł creaturis in ꝟbo visis cū btūs
p illā distinguit attributa uel ea q̄ in ꝟbo videt.ita ꝙ
de illis ꝟbis secūdarijs nūc format plura nūc pauci/
ora. vn̄ sine pluralitate illoꝝ non cognoscit attributa
sub distict̄ rōnibꝰ ut argumētū false supponit. ¶ Ad
9ᵐ negat̄ hᵒᵉ:nec valet pᵃ ꝑbatio.sic eni nō experior
dū video albedinē ꝙ actꝰ meꝰ ferat̄ i duo:puta i co/
lorē ꝛ coloratū.imo nō expior ꝙ ferat̄ i colorē ſȝ i co/
loratū nisi p rōcinationē quā distinguo int̄ visibile ꝛ
rōnē visibil̄.ita qꝛ ꝟbū itellectꝰ ē rō itelligibilitat̄ rei
exterioris ē ꝑus cognitū q̄ res extra.nō tn̄ ē ita ma/
nifestū. Nō valet siliter zᵃ ꝑbatio.nā an̄s ē falsū.nec
ꝑbatio eiꝰ valet.licȝ eni spēs aut actus aut habitꝰ in/
tellectꝰ nō cognoscat̄ nisi reflexe.secꝰ ē de ꝟbo qꝛ il/
lud ē terminꝰ itellectionis.nō aūt actꝰ nec alia nume/
rata.nec oȝ ꝙ sic intellectus directe intuet̄ ꝟbū qḋ ē
subiectiue in se.ꝙ iō intueat̄ directe seipsum q̄tū ad
suū qḋ qd est.nā intellectus possibilis inq̄tū hꝰ ꝑ isto
statu non est intelligibilis in actu nisi illo mō quo itel/
ligit alia.ꝛ illo modo ꝯcedo ꝙ in oī intellectione intel
lectus intelligit se.nā dū intelligit lapidē ipse ē lapis
in esse intelligibili.ꝛ ideo intelligit se eadē itellectiōe
q̄ intelligit lapidē.nō tn̄ inq̄tū itellectꝰ.sic nec qcūqȝ
videt lignū ut pictū videt lignū ut lignū. Deinde non
valet 3ᵃ ꝑbatio ut dictū ē i solutiōe tertij. ¶ Ad.10.di
co ꝙ sicut est multiplex gradꝰ cognitionis.ita multi/
plex gradꝰ ꝟbi.aliud ē eni pfectū aliud imperfectū.
ꝛ iō nō sequit̄ ꝙ illoꝝ que ipfecte cognoscimꝰ verba
nō habeamꝰ.nō eni intēdimꝰ ꝙ verbū sit solū i cogni/
tione pfecta.ſȝ intēdimus ꝙ nulla itellectio q̄liscūqȝ
sine ꝟbo cōplet̄. ¶ Ad 11ᵐ dicit̄ ꝙ argumentū false
imponit opinioni nostre saltem scō Tho.ꝙ omne il/
lud cuius est verbum intelligi possit a nobis actu re/
cto ꝛ directe. ¶ Ad 12ᵐ dicitur sicut ad.10ᵐ.ꝙ ex fal/
so intellectu opinionis ꝑcedit. non eni ponit sanctus
Tho.ꝙ ꝟbū sit ꝑncipiū pfecte noticie.imo ē fm eum
terminꝰ eiusdē.ideo tam in diuinis q̄ in creatis noticia

terminať ad ỽbū. ¶ Ad 1m dico ꝙ hꝛ est falsa loquē/
do de obiecto ṗmo itellectiōis qđ ē itrinsecū actui ꝛ
eius primus termin⁹. tale eni nō est qdditas sensibilis
sed rō ei⁹. ¶ Ad ṗmū eoꝝ q̄ 3º loco ꝯ eādē ꝯnē indu/
cta sunt diciť ꝙ aꝛ ē vera dūtaxat de illis operatio/
nib⁹ q̄rū termin⁹ ē pmanēs operatione transeūte: sic
se hȝ dom⁹ ad edificationē. nō aūt vbi operatio ꝛ ter/
min⁹ se inseparabiliť comitātur. isto mō aūt se hȝ opatio
intellectualis ꝛ su⁹ termin⁹ quē dicim⁹ ỽbū. qꝛ nunq̄
ỽbū ē sine actuali cogitatione fm Augu. ¶ Ad cōfir/
mationē pȝ p idē. ¶ Ad 2m dico. ꝙ oīs intellectio ter/
minať ad verbū siue sit pfecta siue ipfecta. tn̄ cogni/
tiōis ipfecte ỽbū est iperfectū. ꝛ noticie pfecte ỽbū
est pfectū. Et cū pbať ꝙ verbū non pduciť p noticiā
impfectā. patet ꝙ pbatio nulla ē. qꝛ supponit ꝙ om/
ne verbū sit pfecte faciēs cognoscere: cui⁹ oppositū
dictū est. Similiť cū pbať ꝙ ỽbū nō pducať p noti/
ciā pfectā. pȝ ꝙ ṗma pbatio nō valet. nā licȝ p cogni/
tionē pfectā res pfecte cognoscať. nō tn̄ supfluit verbū
qꝛ cognitio intellect⁹ nō cōpleť nisi pducto ỽbo. quia
obiectū eēt absens itelligēti nisi formaret ỽbū. vnde
ista pbatio supponit ꝙ ỽbū sit cognitio: uel ꝙ p ipsū
sic p actū obiectū cognoscať. qđ est falsū. nā verbum
de alio fuit licȝ ad exhibēdū obiectū in eē itelligibili
apparenti. nā species intelligibilis nō sufficit ad hꝛ qꝛ
ipsa nō est in ꝯspectu intellect⁹ in actu. imo ē ps intel/
lect⁹ in actu. verbū ỽo est q̄si in ꝯspectu intellect⁹ in
actu ꝛ nō ei⁹ ps. Similiť 2a pbatio nō valet. qꝛ suppo/
nit ꝙ ỽbū sit ṗncipiū cognitionis p illū modū q̄ speci/
es ē ṗncipiū cognitionis. hꝛ aūt ē falsū. dico tn̄ ꝙ ỽbū
est ṗncipiū cognitionis illo mō q̄ vna ꝯ duciť in noti/
tiā alteri⁹. ꝛ vna diffinitio in noticiā alteri⁹. iō non se/
quiť pcessus in infinitū in actu. licȝ forte i potētia. sic
est in pcessu demonstrationū vni⁹ ꝯnis ex alia. Simi/
liter 3a pbatio nulla est. qꝛ licȝ cognitio sit via ad ver/
bū. nō tn̄ illo mō q̄ motus ad terminū. qꝛ itelligere nō
est mot⁹ qui est actus ipfecti sȝ poti⁹ actus pfecti. nec
se hȝ ad verbū ut forma media inter potētiā ꝛ actū ad
formā in actu cōpleto. ꝛ ideo nō oportet ꝙ intellectio
cesset pducto verbo. actio eni intellect⁹ nō fundať in
motu. ¶ Ad 3m dico ꝙ verbū est spēs expssa p intelle
ctū in actu. nō aūt est spēs q̄ ꝯstituat intellectū i actu.
qꝛ illa dr̄ impssa ab obiecto uel ab intellectu agente ꝛ
fantasmate. ista aūt poniť in ꝯspectu itellect⁹ in actu
ꝛ ē q̄si ples ei⁹. Et sic pȝ ad argumēta Herardi. ¶ Ad
argumēta 4º loco facta dr̄ ꝙ fm scm̄ Tho. ṗma pte
q. 34. arti. p ad 2m. Cū Aug⁹ ꝛ alii sci dicūt ꝙ verbū ē
noticia. nō accipiť noticia p actu itellect⁹ cognoscen/
tis uel p aliquo ei⁹ habitu. sȝ p eo qđ intellect⁹ ꝯcipit
cognoscendo. vn̄ ꝛ Aug⁹ dicit ꝙ verbū est sapia ge/
nita. qđ nihil aliud est q̄ ipsa ꝯceptio sapiētis qui etiā
pari mō noticia genita dici pōt. hec ille. Ex q̄ in oībus
auctoritatib⁹ Augu. Ansel. Damas. allegatis sumitur
cognitio visio ꝛ hꝫ nō p actu intellectus. sȝ p ꝯceptu
¶ Ad ṗmū ꝯ 2am ꝯnē negať hꝛ. Et ad pbationē eius
dr̄ ꝙ licȝ actus q̄ pr̄ pduciť filiū sit simplex ꝛ idiuisus
fm rem. tn̄ includit plura fm rōnē. s. actū itellectus ꝛ
relationē expressiui. ut tangebať in 2a ꝯne. q̄ ad pri/
mū. ille act⁹ non est distinctiu⁹ patris a filio. sȝ q̄ ad 2m
scȝ p illā relationē. dicta aūt Augu. ꝛ Damas. ꝯcludūt
ꝙ gn̄are distinguit patrē a suo verbo: sed nō ꝙ se to/
to hoc ē p qđlibet de sui rōne. ¶ Ad 2m dr̄ ꝙ hꝛ ē fal/
sa. nā dicere itellectuale non dicit purā relationē. di/
co tn̄ ꝙ sic vnica psona vbi eadē ppetate ē fili⁹ ꝛ ỽbū
fm ꝙ ponit scūs Tho. vbi s. arti. 3º ad 3m vbi sic dicit
Ipsa natiuitas filii q̄ ē pprietas psonalis ei⁹ diuersis
noib⁹ signatur q̄ filio attribuūť ad exṗmēdū diuersimo/
de pfectionē ei⁹. nā ut ondať coetn⁹ dr̄ splēdor. ut on/
dať oīo silis dr̄ imago. ut ondať imāliť genit⁹ dr̄ ỽbū.
hec ille. Ita dico in pposito ꝙ ipsa pductio actiua q̄
pať filiū pducit diuersimode noiať: ꝛ diuersis rōnib⁹
itelligiť scȝ ꝛ ut ē dictio itellectualis ỽbi. ꝛ ut ē gn̄atio
nālis filii. vn̄ licȝ ut ē gn̄atio nō dicať forte nisi relati/
onē pat̄nitatis sigtā p modū actiōis. tn̄ ut ē dictio uel
platio intellectualis dicit aliqđ absolutū cū relatiōe
ꝛ nō solū pure absolutū. ¶ Ad 3m dico ꝙ act⁹ dicēdi
q̄ pduciť ỽbū q̄ ad absolutū qđ icludit diť pfectionē
simpliciť. non aūt q̄ ad respectū expssi. ideo q̄ ad ṗmū
est cois trib⁹ psonis. nō aūt q̄ ad 2m. Et ē silr̄ de potē/
tia gn̄andi: ut pōit scūs Tho. ṗma pte. q. 41. arti. 5º ad
3m. ¶ Ad 4m negať mod⁹ arguēdi. Iste eni arguit ac
si dicere nō icluderet i sua rōne nisi actū absolutū q ē
intelligere. cui⁹ oppositū dictū est. verūtn̄ iste iplicat
illud dubiū vtrū attributa eēnt distincta fm rōnē da/
to ꝙ nulla eēt possibilis creatura. ad qđ dictū ē alias
¶ Ad 5m diciť eodē mō ꝙ solū ꝯcludit ꝙ act⁹ dicēdi q̄
exṗmiť ỽbū nō dicat solū actū intelligēdi. hꝛ eni posi/
to cū intelligē in diuinis fm se absolute sūptū a nullo
differat realiť. nec dicē differret ab aliq̄. sȝ posito ꝙ
dicere sit ipsū itelligere cū tali relatiōe. argumētū nō
ꝯcludit. Illud aūt qđ addiť de dr̄ia gn̄atiōis ꝛ spira/
tiōis alibi ptractabiť deo dante. ¶ Ad ṗmū eoꝝ q̄ 2º
loco inducta sūt dr̄ ꝙ itelligē ꝛ velle sūpta absolute
sūt act⁹ eēntiales nō aūt ut sumūť cū certis relatiō/
bus. nā intelligere exṗmēdo ỽbū est act⁹ notionalis
pr̄i dūtaxat ꝯueniēs. Siliť velle spirando amorem ē
act⁹ notionalis filio ꝛ pr̄i cois solum. ¶ Ad 2m dico ꝙ
itelligere expssiue nō ꝯuenit nisi pr̄i pducenti: vn̄ nec
filio nec spiritui sancto nec eēntie ꝯuenit. similiť velle
spiratiue nō cōpetit nisi pr̄i ꝛ filio q̄ pducūt spm̄ scm̄.
¶ Ad 3m dico ꝙ aꝛ ē falsa. qꝛ gn̄are ꝛ spirare q̄ sūt di/
uine pductiōes nō differūt realiť i diuinis. ꝛ iō nō oȝ ꝙ
velle spiratiuū differat ab intelligere expssiuo. ¶ Ad
ṗmū illoꝝ q̄ 3º loco inducta sūt dr̄ ꝙ 4a ē falsa de illis
q̄ sūt idē realiť ꝛ differūt rōne tali mō ꝙ vnum ē alio
coius sic se hn̄t in diuinis eēntialia respectu notionaliū
ut eēntia respectu pt̄nitatis ꝛ itelligere respectu hui⁹
qđ ē dicere. ꝛ potētia respcū hui⁹ qđ ē potētia gn̄andi
ꝛ infinita talia exēpla dari pn̄t. ¶ Ad 2m dr̄ ꝙ ꝯna non
valet plus q̄ ista: fili⁹ ꝛ spūs scūs vere sūt de⁹. sȝ ipsi
nō sūt pr̄. g̃ i diuinis pr̄ nō est de⁹. uel de⁹ nō est pr̄. talia
eni argumēta in diuinis nō ꝯcludūt ppter causas sepe
dictas. Qꝛ aūt sit de mēte sci Tho. qđ ṗus dictū fuit
s. ꝙ dicē ꝛ gn̄are nō sint aliud q̄ diuina actio cū detmi/
s. ꝙ dicē ... nato respcū. pȝ. nā de potētia dei. q. 2. arti. 5º sic dicit
Siliť ingt dicēdū ē de actiōe ꝛ potētia. nā gn̄a⁹ signi/

ficat actionē cū aliquo respectu. ꝛ potētia generandi
signat potētiā cū respectu. vñ gnātio ē dei actio. sed ꝓ/
ut est patris tm̄. nec tñ seqꝛ ꝙ aliquid possit pater qḋ
nō possit fili⁹ ꝛc̄. ꝛ dat ibi exēplū h̄. paternitas īngt ē
diuina essentia ꝓut est in p̄re nō ꝓut ē in filio. non eni
eodē modo ē in p̄re ꝛ in filio. sed ī filio ut ab altero ac/
cepta. in p̄re aūt nō. hec ille. Jta in ꝓposito dicere uł
concipe ꝓut est in p̄re. ꝛ similit̄ spirare nō est nisi dili/
gere ꝓut ē in p̄re ꝛ filio. vñ eadē. q. arti. 3° dicit ꝙ fi/
lius ꝓcedit ut verbū ꝑ actū diuini intellect⁹ inq̄ntum
p̄r cognoscit seipsū. ꝛ sp̄ūs scūs ꝑ actū volūtatis inq̄/
tum pater diligit filiū. ¶ Ad p̄mū ꝯ gntā ꝯnē negat
h⁹. non eni filius ex p̄te sue relatiōis in obliq̄ plus cō
notat creaturas q̄̄ sp̄ūs. nō eni dicit̄ plus fili⁹ creatu
re q̄̄ sp̄ūs scūs dicat̄ sp̄ūs creature. s3 q2 hoc nomen
verbū dicat illū respectū ad creaturas. hoc habet q2
signat quoddā eēntiale sc3 sciam q̄ s̄m nomen suū dicit
respectū ad scita. verbū eni ē sapia genita. ut decla/
rauit scūs Tho. de veritate. q. 4. arti. 5°. s̄m ꝙ allega
ui in ꝓbatiōe gnte ꝯnis. ¶ Ad 2m negat̄ a⁹ᵗ. nomē eni
filii non dat intelligere sciam aut sapiam sicut nomē
verbi. eēntia eni nō ut eēntia importat illū respectū.
sed essentia ut est sapia. Et istud finaliter dicit sanct⁹
Tho. de veritate vbi s̄. ad argumētū. ¶ Ad 3m cō/
cedit̄ totū sc3 ꝙ verbū dicit respectū ad oīa dicta ꝑ
illud ut sup̄ cōcedit scūs doctor. sed verbū ea rōne q̄
v̄bū nō dic̄ respectū ad creaturā. s3 si dicat respectū
ad oīa creata. hoc est q2 diuinū est. ꝛ nō est aliud q̄̄ sa/
pientia genita. ita ꝙ rōne sapie diuine dicit illū respe
ctū. nō aūt rōne filiatiōis aut dictionis passiue. distin
ctio eni quā facit sup̄ scūs doctor quomō sc3 verbū
dicit respectū ad ea que dicūt̄ ꝑ verbū dupliciť. illa
inquā soluit h̄ argumētū. ¶ Ad p̄mū ꝯ sextā ꝯnē ne/
gat̄ aīs. sp̄ūs scūs eni ꝓcedit ut amor. nec ipse oppo
situ ꝓbauit. imo illud qḋ dicit de illo esse donato vi/
det̄ fictio. sequit̄ eni ꝙ sp̄us scūs nō sit nisi p̄r in esse
donato. ¶ Ad 2m dico ꝙ lic3 sp̄ūs scūs inq̄ntū amor
diuin⁹ sit silis ꝛc̄. tñ q2 non constituit̄ ꝑ diuinā essen/
tiā ut illa est sua ꝓpa forma: ut ita loquar. ideo nō est
iudicandū in ꝓposito s̄m ea que cōpetūt ei ex p̄te di/
uine essentie. sed ex illa p̄te q̄ est talis ꝑsona sc3 ex p̄te
sue ꝓcessionis q̄ est ꝑ modū amoris. ex illa aūt p̄te nō
habet ꝙ sit silis. qḋ tñ oporteret ad hoc ꝙ eēt imago
sc3 ꝙ ꝑ suā ꝓpiā formā esset sp̄ēs indifferēs p̄ris s̄m
diffinitionē quā dat Dil. ¶ Ad 3m dicit̄ ꝙ ut sepe di/
xi impr̄ssio ipsius amati in amantē nō ē ꝑ modū simili/
tudinis. ¶ Ad 4m dico ꝙ aliqd originari ab alio pōt
esse dupliciť. Uno modo ab alio s̄m esse reale. ꝛ sic
sic scūs doctor intelligeret. arguēs bñ concluderet
ꝙ solus statue factor haberet imaginem. sed absit tā
grossius intellect⁹ a nobis. Alio modo pōt intelligi ꝙ
aliqd s̄m esse intelligibile qḋ habet in mente artificis
originet suā imaginē. ꝛ sic intelligit̄. ꝛ est simile illi qḋ
dicit de creaturis in verbo de veritate. q. 4. arti. 4°
Similitudo creature ē quodāmō ipsa creatura per
modū illū q̄ dicit̄ aīa quodāmō esse oīa. vñ ex h̄ ꝙ si/
militudo creature in verbo est productiua ꝛ motiua
creature in ꝓpria nā existentis quodāmō cōtingit ut
creatura seipsā moueat ꝛ ad eē ꝓducat inq̄ntū sc3 ꝓ/
ducit̄ in esse ꝛ mouet̄ a sua silitudine in verbo existe.
hec ille. Ad ꝓpositū dico ꝙ imago facta ad similitu/
dinē cesaris originat̄ a cesare inq̄tū originat̄ ab ipsa
silitudine cesaris concepta ꝑ artificē facientē statuā
ꝛ ita de rōne imaginis ē ꝙ originet̄ ab eo cuius ē ima
go inq̄ntū originat̄ ab artifice ꝯcipiēte formā illi⁹
Et sic patet ꝙ argumētū illud nihil concludit. ¶ Ad
argumentū in pede q̄stionis factū respondet̄ s̄m scm̄
Tho. p̄ma p̄te. q. 34. arti. p̄. ad 2m. ꝙ cū dicit̄ ꝙ v̄bū
est noticia uel cogitatio aut h⁹. nō accipitur noticia
ꝓ actu intelligentis aut ꝓ aliquo eius habitu. sed ꝓ
eo qḋ intellectus concipit cognoscēdo. vñ ꝛ Aug⁹ di
cit ꝙ verbū est sapia genita. qḋ nihil aliud ē q̄̄ ipsa cō
ceptio sapiētis q̄ etiā pari mō noticia genita dici pōt.
Et ꝑ eundē modū pōt intelligi illud Anselmi ꝙ dice/
re dei est cogitando intueri inq̄ntū sc3 intuitu diuine
cognitiōis concipit̄ verbū dei. verūtñ cogitatiōis no
men nō ꝓprie dicit̄ de deo. nec dei verbo ꝓp̄e cōue/
nit. Dicit eni Aug⁹ 15°. de trini. Jta dicit̄ illud dei ver
bum ut cogitatio ꝓprie non dicat̄ ne esse aliqd quasi
volubile credat̄ ī deo cum nō accipiat formā ut ver/
bum sit. eamq3 possit amittere atq3 informit̄ quodā
volutari. cogitatio eni ꝓprie in inq̄sitione veritatis
consistit q̄ in deo locū non habet. cū eni intellect⁹ iam
ad formā veritatis ꝑtingit non cogitat sed ꝑfecte ve/
ritatē cōtemplat̄. vñ Anselm⁹ improprie accepit co/
gitationē ꝓ contemplatiōe. hec ille.

Circa vigesimāocta
uam distinctionē querit̄: vtr̄ inna/
scibilitas sit ꝓprietas cōstitutiua pa
tris. Et arguit̄ ꝙ sic. Nā ꝑsona p̄ris
constituit̄ ꝑ aliquā ꝓprietatē q̄ sit ī
ea. sed nō pōt constitui ꝑ cōem spirationē. alioqn re/
sultaret vna cōis ꝑsona p̄ri ꝛ filio. nec ꝑ paternitatē:
cū p̄rnitas sit posterior q̄̄ generari sup̄ qḋ fundat̄. ge
nerare vō sit posteri⁹ ꝑsona patris a q̄ intelligit̄ elici
ꝛ ꝓfluere. ḡ necē est ꝙ ꝑ inascibilitatē constituat̄. cū
nō sit alia ꝓprietas in p̄re vltra p̄rnitatē ꝛ spiratio/
nem actiuā. Jn oppositū arguit̄. nā p̄ma ꝑsona cōsti/
tuit̄ aliq̄ positiuo formalit̄. s3 inascibilitas nihil ponit
sed negat s̄m Aug⁹ 5°. de trini. ca°. 6°. vbi dicit ꝙ cū
ingenitus pater dicit̄ non qd sit sed qd non sit osten/
dit̄. ḡ nō pōt ꝯstituere p̄mā ꝑsonā. Jn hac q̄one erūt
duo articuli. Jn quor̄ p̄mo ponēt̄ ꝯnes. Jn 2° moue
bunt̄ aduersarior̄ obiectiōes. ¶ Quātū ad p̄mū sit pri
ma ꝯ. ꝙ ingenit⁹ uel inascibilitas nihil ponit qḋ sit de
ꝓprio intellectu ei⁹. lic3 aliqd ponat sicut p̄suppositū
sibi. Hanc ponit scūs Tho. p̄ sen. dis. 28. q. 1. arti. p̄. ad
primū. vbi sic dicit. Aliq̄ dictio dicit̄ ponere dupliciť
aliqd. uel ita ꝙ illud qḋ ponit sit de intellectu ei⁹ sicut
aliqd eēntie ipsius ut hō ponit aīal. uel q2 p̄supponit
illud in q̄ fūdat̄. q̄̄uis nō sit de eēntia ei⁹. sicut oē ac/
cidens ponit substantiā. dico ḡ ꝙ hoc nomē ingenit⁹
non ponit aliqd qḋ constituat intellectū ipsi⁹. q2 h̄ nō
posset eē nisi s̄m rōnē p̄ncipii poneret uel in cōi uel in
sp̄ali. quia nihil aliud notionale pōt patri cōuenire. ꝛ

q̄cū*q; mō dicat̄ nō ponet in numerū inascibilitas cū
p̄nitate. q2 cōe nō ponit in numez cū ꝓprio. ſ3 tn̄ po
nit aliq̄d qđ p̄ſupponit in q̄ fundat̄. ⁊ ex h̄ eſt ꝙ quidā
dixerūt ꝙ ingenit⁹ aliq̄d ponit. ⁊ q̄dā ꝙ nihil. ſ3 q̄cū*q;
nihil ponat qđ ſit de intellectu ei⁹. nō tn̄ ſeq̄t q̄n poſ/
ſit eſſe notio. q2 illud cuius ratio cōſiſtit in remotione
optime p negationem certificat̄ ſicut cecitas. ⁊ h3 eſt
rō p̄mi: uel ei⁹ qđ eſt nō de p̄ncipio eſſe. q2 principiū ē
ante qđ nihil eſt. hec ille. Sicut eni ipſe dicit ibidē p̄r
eſt p̄ncipiū toti⁹ diuinitatis. vn̄ ⁊ Dionyſi⁹ dicit ꝙ in
patre eſt fontana diuinitas. vn̄ ſi in diuinis eēt ordo
qui poneret p̄us ⁊ poſteri⁹. p̄r eſſet primū p̄ncipiū. ſ3
q2 ibi non ē talis ordo. loco ei⁹ qđ eſt p̄mū dicam⁹ p̄n/
cipiū non de principio. vn̄ pater dupliciť innoteſcere
pōt. uel inq̄tū eſt nō de principio. ⁊ ſic inoteſcit p no/
tionē inaſcibilitatis. uel inq̄tū eſt p̄ncipiū. ⁊ ſic q2 p̄n/
cipiū dicit̄ ſm̄ emanationē q̄ ab ipſo eſt ſm̄ duplicem
modū emanatiōis in diuinis duab⁹ notionibus inno/
teſcit. ſ. paternitate inq̄tū eſt principiū filij p gn̄atio/
nem. ⁊ coi ſpiratiōe inq̄tū eſt principiū ſp̄us ſci p ſpi/
rationē. Et ſic patet ꝙ in vniuerſo ſūt tres notiones
p̄ris. hec ille. Idē ponit prima pte. q. 33. arti. 4°. ¶ 2ª
ꝯ eſt ꝙ inaſcibilitas quā ſiḡt hoc nomē ingenit⁹ ꝓut
eſt ꝓprietas p̄ris ſumit̄ priuatiue non pure negatiue
Hanc ponit ſcūs Tho. vbi ſ. vn̄ prima pte. q. 33. arti.
4°. ad 2m ſic ait. Ingenitū q̄n*q; ſumit̄ negatiue tm̄. ⁊
ſm̄ h̄ dicit Hiero⁹ ſp̄m ſcm̄ eſſe ingenitū id eſt nō ge/
nitū. Alio mō priuatiue. nō tn̄ aliquā importat perfe/
ctionē. Multipliciť eni dicit̄ p̄uatio. Uno mō q̄n ali/
quid non habet qđ natū eſt haberi ab alio. etiā ſi illud
non ſit natū habere illud. ſicut ſi lapis dicat̄ res mor/
tua q2 caret vita: ſc3 quā quedā res nate ſūt habere.
Alio mō dicit̄ priuatio q̄n aliq̄d nō habet qđ natū eſt
haberi ab aliq̄ ſui gn̄is. ſicut ſi talpa dicatur ceca. 3°
mō q̄n ipſū non habet qđ natū eſt habere. ⁊ h̄ mō pri/
uatio imperfectionē importat. ſic aūt ingenitū nō dr̄
priuatiue de p̄re. ſed 2° mō ſc3 prout aliqđ ſuppoſitū
diuinū eſt genitum. Sz ſm̄ hanc rōnē etiā de ſp̄u ſcō
pōt dici ingenitū. vn̄ ad h̄ ꝙ ſit ꝓpriū ſoli patri opoz/
tet vlteri⁹ in noīe ingeniti intelligere ꝙ cōueniat ali/
cui pſone dīne q̄ ſit principiū alteri⁹ pſone diuine. ut
ſic intelligat̄ importare negationē i genere principij
perſonaliter dicti in diuinis. uel ut intelligatur in no/
mine ingeniti ꝙ omnino non ſit ab alio. ⁊ non ſolum
ꝙ non ſit ab alio per generationem. ſic enim nec ſpi/
ritui ſcō cōueniet eē ingenitū q eſt ab alio per ꝓceſ/
ſionē ut pſona ſubſiſtens. ne*q; etiā eſſentie dīne de q̄
pōt dici ꝙ eſt in filio uel ſp̄u ſcō a p̄re. hec ille. Idem
ponit in ſcripto vbi ſ. ad 2m. ¶ 3ª ꝯ eſt ꝙ illa priuatio
fūdat̄ in rōne p̄ncipij ſm̄ ꝙ ē notio p̄ris. Hanc ponit
ibidē in ſcripto vbi ſic ait. Ingenit⁹ non importat ne/
gationē abſolutā ſed aliq̄ modo priuationē. oīs enim
negatio q̄ eſt in aliq̄ ſubiecto determinato pōt dici pri/
uatio. vn̄ in 4°. metaphiſice dr̄ ꝙ p̄uatio ē negatio in
ſubiecto. vn̄ dico ꝙ negatio quā importat ingenitus
intelligit̄ ut fūdata in rōne p̄ncipij ſm̄ ꝙ eſt notio pa
tris. ⁊ hoc mō non ꝯuenit eēntie nec ſp̄ui ſcō q̄bus nō
cōpetit eſſe p̄ncipiū p originē alicui⁹ pſone. nec iterū

filio cui cōpetit affirmatio oppoſita. hec ille. ¶ 4ª ꝯ ē
ꝙ inaſcibilitas nō eſt ꝓprietas pſonalis uel conſtitu/
tiua p̄ris. Iſtā ponit ſcūs Tho. in ſcripto vbi ſ. arti.
2°. vbi ſic dicit. Sicut ē in inferiorib⁹ ꝙ q̄cq̄d cōſeq̄t
ad eſſe pfectū non ē conſtitutiuū illi⁹ rei. ita etiā in di/
uinis q̄cq̄d ſm̄ intellectū p̄ſupponit aliq̄d q̄ pſona cō
ſtituit̄ non pōt eē cōſtitutiuū pſone. Et inde ē ꝙ cōis
ſpiratio nō pōt eſſe ꝓprietas pſonalis. q2 ſupponit in
p̄re ⁊ filio generationē actiuā ⁊ paſſiuā quib⁹ ille pſo
ne ꝯſtituūt̄. Siliť innaſcibilitas cū ponat negationē
q̄ fūdat̄ ſup rōnē p̄ncipij p̄ſupponit ſm̄ intellectū rō/
nem p̄ncipij ſup quā fūdat̄. ſ. paternitatē. ⁊ iō nō pōt
ꝯſtituere pſonā p̄ris. nec pōt eſſe ꝓprietas pſonalis
hec ille. Idē ponit prima pte. q. 4. arti. 2°. vbi dicit ꝙ
remotis p intellectū ꝓprietatib⁹ non pſonalib⁹ rema
nēt intellect⁹ ypoſtaſū ⁊ pſonaz. ſicut remoto p intel
lectū a p̄re ꝙ ſit ingenit⁹ uel ſpirās remanet ypoſta/
ſis pſona p̄ris. hec ille. Idem ponit p̄ ſen. diſ. 26. q. 2.
arti. 3°. ad 6m. ¶ 5ª ꝯ ē ꝙ inaſcibilitas eſt vere ⁊ ꝓprie
notio p̄ris. Hāc ꝓbat ſcūs Tho. vbi ſtatim dici. vbi
ſic ait. Diſtinctio notionis ⁊ relatiōis ⁊ ꝓprietatis pōt
tripliciť aſſignari. Primo q̄tū ad rōne ſignationis. ⁊ ſic
ſciendū eſt ꝙ paťnitas dicit̄ relatio ſm̄ ꝙ ad filiū re/
fert̄. dr̄ aūt ꝓprietas inq̄tū ſoli patri ꝯuenit. dicitur
notio inq̄tū eſt formale p̄ncipiū inoteſcēdi patrē. 2°
q̄tū ad ordinē. q2 cū nihil poſſit eē p̄ncipiū inoteſcen
di aliq̄d niſi ſit ſibi ꝓpriū. intellectū notiōis p̄cedit in/
tellect⁹ ꝓprietatis. ⁊ q2 ꝓprietas nō ꝯuenit niſi rei di
ſtincte ab alijs. ⁊ diſtinctio in dīnis nō eſt niſi p oppo/
ſitionē relatiōis. intellectū ꝓprietatis in dīnis p̄rece/
dit intellect⁹ relatiōis. 3°. q̄tū ad numerū q2 notiōes
ſūt he ſc3 p̄nitas filiatio proceſſio inaſcibilitas cōis
ſpiratio. harū aūt q̄ttuor ſūt ꝓprietates q̄ vni pſone
tm̄ ꝯueniūt: ſc3 p̄nitas inaſcibilitas q̄ conueniūt tm̄
p̄ri. filiatio q̄ cōuenit tm̄ filio. ꝓceſſio q̄ cōuenit tm̄ ſpi
ritui ſcō. cōis aūt ſpiratio nō pōt dici ꝓprietas ſimpli
citer q2 ꝯuenit duab⁹ pſonis ſ3 ſm̄ q̄d ſm̄ ꝙ aliq̄d dr̄
eſſe ꝓpriū ad aliq̄d. eſt eni ꝓpriū p̄ris ⁊ filij reſpectu
ſp̄us ſci. harū eni notionū tm̄ quattuor ſūt relationes
ſc3 paťnitas ⁊ filiatio ꝓceſſio ⁊ cōis ſpiratio. innaſci/
bilitas xō nō ꝓprie dr̄ relatio niſi p̄ reductionē ſm̄ ꝙ
negatio reducit̄ ad gen⁹ affirmatiōis. ut nō hō ad ge
nus hoīs. harū aūt notionū uel ꝓprietatū uel relatio/
num tres tm̄ ſūt pſonales. i. conſtituētes pſonas. vn̄
hūt q̄ſi actū differētie ꝯſtitutiue. ſ. p̄nitas filiatio ꝓ
ceſſio. alie due ſūt notiōes ſ3 nō pſonales. Harū aūt
q̄n*q; notionū ſufficiētia ſic patet. Ad h̄ eni ꝙ aliq̄d di
cat̄ notio pſone tria req̄rūt̄. Primo ꝙ ad originē ꝑti/
neat q2 relatiōib⁹ originis pſone diſtinguūt̄. 2° ꝙ ꝑti/
neat ad dignitatē. q2 pſona ē ypoſtaſis ꝓprietate di/
ſtincta ad dignitatē ꝑtinēte. 3° ꝙ dicat aliq̄d ſpeciale
q2 cōe nō ē ſufficiēs p̄ncipiū inoteſcēdi. Dico ḡ ꝙ per/
ctor vbi š ad 3^m. ostēdit quomō intellectus pōt ꝓpositionē componere cuius subiectū ē singulare ⁊ predicatū vniuersale. ſm h̄ inquit intellectus pōt de singulari ⁊ vli ꝓpositionē cōponē ſm ꝙ singulare ꝑ reflectionē quādam cognoscit. hec ille. Et ad solutionē que ibi daꝛ dico ꝙ verū dicit in h̄ ꝙ singulare nō cognoscitꝛ ab intellectu nisi mediāte fātasia. dupliciꝛ tñ ſm ꝙ allegatū fuit. Et ad replicā dico ꝙ intellectus nōbs ꝓpam spēm q̄ sit respectu singularis inq̄tū est hoc vel illud. ⁊ nō respectu nature coīs. sed ꝑ tāto diciꝛ cognoscere singulare reflexe. qꝛ aliquā noticiā h̄ȝ de fātasmate illi⁹: ⁊ h̄ iuxta motū rerū ad aīam. aut quia act⁹ intelligēdi mouet virtutē cogitatiuā ad cogitandū de aliq̄ īdiuiduo iuxta motū aīe ad res. Nec tñ sequiꝛ ꝙ si intellect⁹ nō h̄ȝ ꝓpam spēm respectu singularis ꝙ nō habeat ꝓpriū actū respectu singularis: nō tñ directū sed reflexū. ex eadē eñi spē pōt intellect⁹ ferri in nām cōem directe. ⁊ in alia tria indirecte scȝ in actū ⁊ in spēm ⁊ in fantasma. ⁊ q̄rto in singulare. ⁊ sic pȝ ꝙ intellectus pōt ponere drīam inꝛ singulare ⁊ vle. Si aūt negeꝛ ꝙ intellect⁹ habeat actū ꝓpriū respectu singularis. tūc diceretꝛ ꝙ ipse homo q̄ h̄ȝ sensū ⁊ intellectū ponit drīam inter vle ⁊ singulare cognoscēdo vle ꝑ itellectū. ⁊ singulare ꝑ sensū. sic dicebaꝛ ꝙ hō facit vnū syllogismū cui⁹ maiorē format ꝑ intellectū. ⁊ minorē ꝑ virtutē cogitatiuā. Et si dicaꝛ ꝙ oȝ eē eandē potētiā q̄ discernit inꝛ duo scȝ albū ⁊ nigrū. nā 2° de aīa ph̄us ꝑ illā rōnem ꝓbat ꝙ sit sensus coīs ꝑter particulares. dico ꝙ illa rō verū h̄ȝ q̄n sūt actus eiusdē rōnis scȝ cognoscere h̄ ⁊ illud. sic cognoscē albū ⁊ cognoscere nigrū ɔtinenꝛ sub rōne cognitionis sensitiue. qꝛ vtrūq3 expleꝛ corꝑali organo. sec⁹ ē i ꝓposito. qꝛ intelligere fit sine organo. sētire aūt nequaq̄. ⁊ ideo discernere inꝛ albū ⁊ nigrū ꝑtinet ad candem potētiā. sed nō discernere inꝛ hoīem ⁊ hūc hoīem. sed credo ꝙ rñsio p̄ma sit melior: licȝ 2ᵃ possit h̄ri ex dict[is] sci Tho. de veritate. q. 22. arti. 10. ad 5^m. de h̄ etiā i sequētibus erit amplior sermo. ¶ Ad 5^m dicit scūs doctor ibidē. q. 10. arti. 5° ad 6^m. Dicendū ingt ꝙ illud qđ pōt virt⁹ inferior pōt virt⁹ supior. nō tñ ꝑ eodē mō scȝ q̄nq3 altiori mō sic itellect⁹ q̄ȝ sensus. sens⁹ eñi cogscit q̄tū ad ɔditiones mālēs ⁊ accidētia exteriora. scȝ itellect⁹ penetrat ad intimā nām spēi q̄ est in ipsis indiuiduis. hec ille. Eādē rñsionē dat. q. 2. arti. 6° ad 3^m. Et de oīb⁹ istis ponit p̄ᵃ pte. q. 86. arti. p̄. Itē 4° sen. dist. 50. q. p̄ᵃ arti. 3°. ¶ Ad p̄mū Gregorij dico ꝙ illud qđ p̄ intelligiꝛ post vbū rei est ipsa nā abstracta ab indiuidualib⁹. que quidē est indiuidua ⁊ singularis ſm esse qđ h̄ȝ ex̄ aīam. scȝ ē vlis ſm eē qđ h̄ȝ i intellectu vbi est ꝑ suam spēm cōem multis. ¶ Ad ɔfirmationē dico ꝙ abstractio facta ꝑ modū enūciatiōis difficilis ē utpote ꝙ ɔciperetꝛ eē homo sine loco tpe ⁊ situ ⁊ materia indiuiduali. sed abstractio facta ꝑ modū diffinitionis nō est difficilis. utpote ꝙ concipiaꝛ humanitas non ɔcepta mā indiuiduali ut ē hec. imo illa p̄ occurrit intellectui. ¶ Ad 2^m dico ꝙ ꝓcedit ex rudi intellectu verboꝝ sci Tho. nō eñi vult scūs Tho. ꝙ intellectus sic ɔuertaꝛ ad fātasmata ꝙ ipsa directe inspiciat. sed dicit ꝙ hō q̄ intelligit non pōt intelligē nisi fātasietꝛ illud qđ vult intelligere. nō q̄ intellect⁹ sed hō intelligens speculaꝛ fantasmata. ⁊ iō ꝓcessus argumēti nihil valet. ¶ Ad 3^m dico ꝙ intellect⁹ ɔiūct⁹ non intelligit aliqđ mālē directe nisi abstracte a ɔditionib⁹ mālib⁹. qꝛ non h̄ȝ spēm repn̄tantē conditiones indiuiduantes. sed reflexe intelligit singulare ⁊ quasi arguitiue. ⁊ de h̄ satis dictū ē pri⁹. ¶ Ad 4^m dico ꝙ singulari mālī repugnat directe intelligi. nō qꝛ ē singulare. scȝ qꝛ est mālē mā signata. ⁊ in sui rōne illā signationem includens. nā aūt coīs licȝ sit mālis non tñ mā signata. ¶ Ad 5^m dico ꝙ res extra aīam ē totū vle in actu ſm eē qđ habet in aīa. ē tñ solū vle i aptitudine ſm se ɔsiderata ⁊ nō ſm eē quod h̄ȝ i singulari. scȝ ut abstrahit ab oī eē. ¶ Ad 6^m negaꝛ ɔña. nā aliꝛ ē de singulari māli q̄ȝ de imāli ut dictū fuit p̄us. Siliꝛ dico ꝙ talia singularia de q̄b⁹ arguēs loq̄tur nō intelligūtur directe q̄tū ad qđ est per intellectū ɔiūctū. sed reflexe ex obiecto et ꝑ spēm obiecti vlis. ¶ Ad 7^m dico ꝙ vle cōtingit cognosci dupliciꝛ. Uno mō. qꝛ cogscit nā cui attribuiꝛ vlitas nō cognita intētione vlis. utpura qꝛ cognoscitur aīal ut aīal nō ɔsiderādo de ei⁹ coitate uel vlitate ⁊ sic taľ cognitio nō p̄supponit cognitionē singulariū sed p̄cedit. Alio mō ɔtingit cognosci vle qꝛ cognoscitur nā coīs ut coīs est sic ꝙ nō solū cognosciꝛ aīal ut aīal. sed ut est aīal cōe multis. ⁊ ista cognitio p̄supponit cognitionē pluriū quib⁹ est cōe. Et hāc distinctionē intēdit scūs Tho. p̄ma pte. q. 85. arti. 3° ad p̄mū. Ule ingt dupliciꝛ pōt ɔsiderari. Uno mō ſm ꝙ natura vlis ɔsideraꝛ simul cū intētione vlitatis. ⁊ cū intētio vlitatis sit ut vnū ⁊ idem habeat habitudinem ad multa ꝓueniat ex abstractione intellectus oȝ ꝙ ſm hūc modū vle sit posteri⁹. vñ in p̄ de aīa dr̄ ꝙ aīal vle aut nihil est aut posteri⁹. sed ſm platonē q̄ posuit vlia subsistentia ſm hāc ɔsiderationē vle eēt p̄us. qꝛ particularia ſm eū nō sunt nisi ꝑ participationē vlis subsistentis scȝ idee. Alio mō pōt ɔsiderari q̄tū ad ipsam nām scȝ humanitatis uel animalitatis ꝓut inueniꝛ in particularib⁹ ⁊ sic ſm ordinem generationis ⁊ tēporis magis cōe prius est ſm nām. sed ſm ordinē perfectionis siue itētionis nature ē ecōtra. h̄ ille. Ex q̄bus patet ad omnes auctoritates q̄s arguens inducit. dr̄ enim ad illas. ꝙ vle sūptū p̄mo mō p̄supponit cognitionem multoꝝ. nō aūt vniuersale sumptū 2° modo. ¶ Ad 8^m rñsum ē prius i suo silī. nā pōt dici ꝙ intellectus quo cognoscim⁹ hāc albedinē non eē sensū nec intellectū. cognoscit q̄dē hanc albedinem ꝑ reflexionē modo preexposito. uel nō oȝ eē eandē virtutē que cognoscat hoc uel illud. sed sufficit eē eūdē hoīem cognoscētē illa diuersis virtutib⁹ quodāmō ɔtinuatis ad inuicē ut vna aliam moueat sicut ē de virtute cogitatiua ⁊ intellectu possibili in nobis. ⁊ ista est intētio Ar. 3° de aīa: et cōmentatoris cōmento. 22°. vbi ait. Necesse ē q̄ādo aliqđ cōprehendit alietatem inter sensibilia per diuersam dispositionem. quia ē plures sensus. ⁊ talis ē dispositio intellectus cōprehēdendo alietatem que est inter formas ⁊ indiuiduū. cōprehēdit enim formas ꝑ se. ⁊ indiuiduum per sensum ita ꝙ

vtriusq; iudiciū refert̄ ad aīam tanq̄ ad cētrū. idcirco experitur differentiam eorum. nec oportet ꝙ apprehēsio indiuidui sit subiectiue ī intellectu. sed tantūmodo in imaginatione. ⁊ tamen intellectus dicitur illa apprehensione cognoscere indiuiduū mediante sensu, ꝓ eo ꝙ quodāmodo efficiuntur vna virtus sicut plures sensus efficiuntur vnum in sensu cōmuni. vnde intellectus differentiam assignans dicitur formā apprehendere per se. indiuiduum vero concomitatiue ꝓpter idēptitatem anime ad quā vtrunq; iudiciū refertur. ¶ Ad 9^{m} patet per idem. cōcedo enim ꝙ intellectus iudicat sensum errare circa hoc indiuiduū solis demonstratum. intellectus enim ex sui continuatione ad virtutem cogitatiuā que dicitur intellect9 passiuus potest syllogiçare ex vna vniuersali ⁊ altera singulari. ⁊ concludere singularem ꝓpositionem oppositā ei quam imaginatio formauit. nec propter hoc oportet ꝙ apprehensio indiuidui sit subiectiue in intellectu possibili. sed in intellectu passiuo qui potest etiam syllogiçare licz non ex vniuersalibus. vnde ad habendum tale iudiciū sufficit idemptitas anime habentis duas potentias continuatas modo predicto per quarum vnam format propositionem vniuersalem. per aliam vero ꝓpositionem particularem. imo quādoq; per vnam potentiam concipit subiectum ⁊ per aliam cōcipit predicatum: ut cum dicit: sortes est homo. ¶ Ad 10^{m} negatur ꝯña. Et ad ꝓbationem dico ut prius ꝙ nō oportet eandē eē virtutem que format premissas in seipsa ⁊ illam que infert ꝯnem in se subiectiue. licz possit dici ꝙ vtrunq; facit intellectus licz vnum per se. aliud per virtutem cogitatiuam. Et cum dicitur ꝙ eodem modo potest dici ꝙ vn9 homo formaret premissas. ⁊ alius ꝯnem. dico ꝙ similitudo non valet. quia virtus cognitiua vnius hominis cum virtute cognitiua alterius nullo modo sunt vnum sicut est in proposito. Cum etiam dicitur ꝙ eodem mō posset dici ad rationem Ar. scz ꝙ non oportet eē eādem virtutem que cognoscit sensibilia inter que distinguit ⁊c̄. patet ꝙ nō est simile ex toto. qz sensus ꝑticulares ad inuicē non habēt cōtinuationē nisi ponatur aliqua virtus quasi centrū eorum scz sensus cōmunis. patet eni ꝙ vnus sensus particularis nō mouet alium. nec est superior ad illum. ⁊ ideo si solū eēnt sensus particulares nunq̄ idem homo posset cogitare differentiam inter albū ⁊ dulce. secus est in proposito. ¶ Ad 11^{m} respondet scūs Tho. de veritate. q. 10. arti. 5. ad 2^{m} dicens. Dispositio sapientis de singularibus non fit per mentem nisi mediante vi cogitatiua cuius ē intentio circa res singulares. hꝯ ille. ¶ Ad 12^{m} respondet ibidem ad 4^{m}. ratio inquit cognoscit ī vniuersali finem ad quem ordinat actum singularem in parādo eum. hanc autem cognitionem vniuersalem mediante vi cogitatiua ad singularia applicat. ¶ Ad 13^{m} dico ꝙ non quicūq; loquitur vocaliter prius loquitur mentaliter. sed sufficit eum loqui verbo imaginatiue aut cogitatiue virtutis. Et ad dictū Augu. sufficit dicere ꝙ mens loquitur de singularib9 mediante ratione particulari que dicit̄ intellectus passiu9 ut dictum fuit. ¶ Ad 14^{m} dico ꝙ ꝯña non valet. nam anima separata aliū modū cognoscēdi habet q̄ coniūcta. cognoscit eni ꝑ species influxas q̄ sūt similitudines rerum q̄ ad ꝓncipia specifica ⁊ indiuiduātia. ut ostēdit scūs Tho. ꝑma parte. q. 89. arti. 4. Et 4. sen. dis. 50. q. 1. arti. 3. ⁊ multis alijs locis. ¶ Ad 15^{m} dico ꝙ non oportet virtutē altiorem eodem mō cognoscere obiectū sicut cognoscit inferior. vn̄ scūs Tho. de veritate vbi supra ad 5^{m} dicit. Illud quod potest virtus inferior potest virtus superior. non tamen semꝑ eodē modo. sed quicq; alio altiori modo ⁊ sic intellectus cognoscē potest ea que cognoscit: altiori tamē modo q̄ sensus. sensus eni cog̃scit ea q̄tū ad dispositiōes materiales ⁊ accidentia exteriora. sz intellect9 penetrat ad intimā nām spēi q̄ ē in ipsis idiuiduis. hec ille. Dico etiā ꝙ sufficit ꝙ itellect9 cog̃scat singularia uł ꝑ reflexionem uel mediante virtute cogitatiua. ⁊ non oportet ꝙ imediate per seipsum. ¶ Ad argumēta contra hanc ꝯnem dicitur. Et ꝑ̄ ad primū primo loco inductorum dicit̄ ꝙ a^{or} est falsa. non enim oportet ꝙ intellectus quādocūq; intuetur duo quorū vnum est rō intuitionis alterius iudicet pro tūc se intueri duo eodem actu quo videt illa duo. sicut patet qn̄ aliqs videt arborē per speciem que resultat in speculo. tunc enim eadē visio terminatur ad spēm arboris ⁊ ad arborem. non enim fert̄ in speciē ut est quedam qualitas. sed ut est imago. ⁊ ideo idē motus ē in imaginē illam ⁊ in arborem. sic in proposito intellectus noster fertur in conceptionem rei ut est imago rei ⁊ non ut ē qualitas: uel talis res ⁊ ideo eodem motu fert̄ in verbum lapidis ⁊ in lapidē. ¶ Ad 2^{m} negatur b^{or}. nec ꝓbatio valet. fingit enim ibi esse duas ꝓcessiones cum non sit nisi vna s̄m rem: licz tamē sint due s̄m rōnem tamen ꝑma processio est ratio 2^{e}. ⁊ ideo non est simile quod ibi inducitur: quia 2^{a} non potest esse sine prima. quia ꝙ intellectus terminetur ad aliquid extra prouenit quia terminatur ad aliquid intra per quod res extra est presens intellectui. ¶ Ad 3^{m} negat̄ aīs nec valet probatio. licz enim concept9 subiecti sit ali9 a conceptu predicati. tamē intellectus componens illos duos conceptus nō enunciat vnum de alio. sed illud cuius vnū est similitudo de illo cuius aliud est similitudo. non enim enūciat illud quod primo aspicit sed illud ad quod finaliter ⁊ vltimate terminat̄ aspectus. sicut cum loquor vocaliter dico verbum vocis ⁊ rem illius verbi. non tamē enuncio verbum de verbo. sed rem de re. quia dicere vocale terminatur finaliter ad rem verbo dictam. ⁊ similiter in proposito. ¶ Ad primū eorum que 3° loco contra eandem ꝯnē inducūtur negatur a^{or} ⁊ b^{or}. a^{or} quidem quia dicit ꝙ species non primo est cognitum loquendo de specie que se habet ut terminus intellectionis que dicitur conceptio uel ratio rei intellecte. si enim loquatur de specie actui preuia que proprie nominatur species conceditur quod dicit. b^{or} etiam negatur. diuina eni essentia est medium quo deus cognoscit creaturas.

ꝛ licʒ non sit principium ſm rem diuine intellectionis tamen ſm nostrum modum intelligendi qui concipimus alios intellectus in conceptibus intellectus nostri ⁊ alias intellectiones in conceptibus nostrarum intellectionū: diuina essentia se habet ut species ⁊ intellectio ut actus intelligendi. ⁊ intellectus ut potentia. q2 diuina essentia in se habet vnde assimiletur omnibus istis rationibus ⁊ conceptionibus scʒ speciei intelligibili et actui intelligendi et potentie intellectiue. licʒ iste ꝯceptiões a perfecta eius repñtatiõe deficiant. nec aliter possemus apprehẽdere deum esse intelligentem nisi concipiendo ipsum habere aliquid simile speciei intelligibili nostri intellect⁹ ⁊ actui intelligendi ⁊ intellectui que sunt in nobis. ¶ Ad 2m dico ꝙ diuina essentia pro tãto habet rationem speciei intelligibilis. quia per illam diuinus intellectus est in actu primo ⁊ ẽ similitudo omniū que intellectus intelligit: que sunt conditiones speciei intelligibilis. nõ tamen est distincta ab intellectu. nec est illud quo intellectus intellectionẽ elicit actiue. quia talia licʒ conueniant speciei intelligibili nostre. non tamẽ conueniūt ei ex hoc ꝙ est species intelligibilis. sed ex iperfectione sui esse. Sic ergo patet ꝙ ꝯnes pmi articuli ꝓpter argumenta facta minime labant.

Quantū ad secundū articulū sit prima ꝯ ꝙ diuina scientia est speculatiua ⁊ practica. Istam ꝯnem probat sanctus Tho. prima parte. q. 14. arti. 16°. Aliqua scientia inquit potest dici speculatiua tripliciter. pmo ex parte rei scitarū que non sunt operabiles a sciẽte sicut scientia hominis de rebus naturalibus vel diuinis. 2° ꝙtum ad modū sciendi. puta si edificator consideret domū diffiniendo uel diuidendo ⁊ considerãdo vniuersalia predicata ipsius. hoc enim est operabilia modo speculatiuo considerare. ⁊ non ſm ꝙ operabilia sunt. operabile enim est aliqd ꝓpter applicationẽ forme ad materiam. sed non per resolutionẽ cõpositorū in principia vniuersalia formalia. 3° ꝙtū ad finem. Nam intellectus practicus differt a speculatiuo fine. ut dicitur 3° de anima. Intellectus eni practicus ordinatur ad finẽ operationis. finis autẽ intellectus speculatiui ẽ cõsideratio veritatis. si ergo edificator consideret qualiter possit fieri aliqua domus non ordinans ad finem operationis. sʒ tm̃ ad cognoscendū. erit ꝙtū ad finẽ speculatiua: consideratio tm̃ de re operabili. scientia ergo que est speculatiua ratione rei scite est speculatiua tm̃. que vero est speculatiua ſm modū uel ſm finem est ſm quid speculatiua ⁊ ſm quid practica. cum ṽo ordinatur ad finẽ operationis ẽ simpliciter practica. Scd̃m h ergo dicẽdū ꝙ deus de seipso habet scientiam speculatiuam tm̃. ipse enim operabilis non est. de omnibus ṽo alijs habet sciẽtiã speculatiuã ⁊ practicam. speculatiuã quidem ꝙtū ad modū. quicquid enim in rebus nos speculatiue cognoscimus diffiniendo diuidendo. hoc totū deus multo pfectius cognoscit. sʒ de his que quidem potest facere sed ſm nullū tẽpus faciet non habet practicã scientiã ſm ꝙ practica scientia dicitur a fine. sic autem habet practicã scientiã de his que ſm aliquod tẽpus faciet. mala ṽo licʒ ab eo non sint operabilia. tamen sub ipsius cognitione practica cadunt sicut ⁊ bona inꝙtū permittit uel impedit seu ordinat ea. sicut ⁊ egritudines cadūt sub practica sciẽtia medici inꝙtum per artem suam curat eas. hec ille. ¶ 2a ꝯ est. ꝙ dei scientia nõ est habitualis. sed omnia simul intelligit actualiter. probat̃ prima pars a sancto doctore ꝯtra gentiles ca. 56°. sic. Deus est intelligẽs p essentiam suam: nõ autem per aliquas species intelligibiles essentie superadditas. omnis autẽ intellect⁹ in habitu per aliquas species intelligit. nam habit⁹ uł est habilitatio quedã ad recipiendū species intelligibiles quibus actu fiat intelligẽs uel est ordinata aggregatio specierū ipsaꝝ existentiū i intellectu. nõ ſm actum completū. sed medio modo inter potentiam ⁊ actum. non est igit̃ in deo habitualis scientia. ¶ 2° sic. Habens habitum ⁊ nõ considerans est quodãmodo in potentia aliter tamẽ ꝙ ante intelligere. ostensū est autẽ ꝙ diuinus intellectus nullo modo est in potentia. nullo igitur modo est in ipso habitualis cognitio. ¶ 3° sic. Intellectus habitualiter tm̃ cognoscens non est in sua vltima perfectione. vnde nec felicitas que est optimū ponit̃ ſm habitum. sed ſm actum. si igitur deus est habitualiter cognoscens per suam substãtiã consideratus non erit vniuersaliter perfectus. cuius contrariū superius est ostensum. Istas tres rationes ponit ibidem in forma. ¶ 3a ꝯ est. ꝙ dei sciẽtia non est discursiua uel rõcinatiua. Istam probat sic ibidẽ ca. 57°. Tunc est rõcinatiua nostra consideratio quãdo ab vno in aliud trãsimus. sicut syllogiçãdo a pncipijs ad ꝯnes. non eni ex hoc aliquis rõcinatur uel discurrit ꝙ inspicit ꝙliter ꝯ sequit̃ ex premissis sił vtrũq3 cõsiderans. hoc enim contingit non arguendo sʒ argumenta iudicando. sicut nec cognitio materialis est ex hoc ꝙ materialia iudicat. ostensum est autem ꝙ de⁹ non considerat vnū post aliud quasi successiue sed simul omnia. non ergo eius cognitio est rõcinatiua uel discursiua ꝙuis omnẽ discursum ⁊ rõcinationem cognoscat. ¶ 2° sic. Omnis rõcinans alia consideratione intuetur principia ⁊ ꝯnem. non enim oporteret cõsideratis principijs ad ꝯnem procedere. si ex hoc ipso ꝙ principia considerant̃ ꝯnes etiam considerarent̃. Deus autem cognoscit omnia operatione vna que ẽ sua essentia. ut supra probatū est. nõ ẽ igitur sua sciẽtia rõcinatiua. ¶ 3° sic. Omnis defectus a deo est remouendus eo ꝙ ipse est simpliciter perfectus. sed ex iperfectione nature intellectualis prouenit cognitio rõcinatiua. nam quod per aliud cognoscitur min⁹ notum est eo qd̃ per se cognoscit̃. nec ad illud qd̃ est per aliud notū nã cognoscẽtis sufficit sine eo qd̃ ẽ p se notū. In cognitione aũt rõcinatiua fit aliquid notū per aliud. qd̃ autẽ intellectualiter cognoscit̃ est p se notū ⁊ ad illud natura cognoscẽtis sufficit absq3 exteriori

medio. vñ manifestū est ex dictis ꝙ rō est defect⁹ quedā itellect⁹. dīna igit̄ scīa nō est rōcinatiua. hec ille ibidē. ¶ 4ª ꝯ̄ē ꝙ dei scīa vl' cognitio nō cōponit aut diuidit nec deus intelligit cōponendo aut diuidēdo. Istā ꝓbat ibidē ca. 58. pmo sic. De⁹ cognoscit oīa cognoscēdo essentiā suā. eēntiā aūt suā nō cognoscit cōponendo ꝛ diuidendo. cognoscit eni seipsū sicut est. in ipso aūt nulla ē cōpositio. nō igit̄ intelligit ꝑ modū intellectus cōponentis aut diuidentis. ¶ 2º sic. Ea q̄ intellectu cōponūt̄ ꝛ diuidunt̄ nata sūt seorsū ab eo cōsiderari. cōpositione eni ꝛ diuisione opus nō eēt si h̄ ipso ꝙ de aliq̄ apprehenderet̄ qd est apprehenderet̄ qd ei inesset uel nō inesset. si igit̄ de⁹ intelligeret ꝑ modū cōponentis ꝛ diuidentis: sequeret̄ ꝙ nō vno intuitu oīa ꝯsideraret: sȝ seorsum vnūqđqȝ. cui⁹ ꝯtrariū sup̄ est ostensum. ¶ 3º sic. Intellect⁹ cōponens ꝛ diuidēs diuersis cōpositionib⁹ diuersa diiudicat. cōpositio eni intellect⁹ cōpositionis terminos nō excedit. vñ illa cōpositione qua intellectus diiudicat hoīem eē aīal. nō diiudicat triangulū eē figurā. cōpositio aūt ꝛ diuisio opatio quedā itellect⁹ est. si igit̄ de⁹ cōsiderat res cōponēdo ꝛ diuidendo. sequit̄ ꝙ suū intelligere sit multiplex ꝛ non vnū tm̄. ꝛ sic etiā sua eēntia non erit vna tm̄: cū sua opatio intellectualis sit sua eēntia. hec ille. ¶ 5ª ꝯ̄ est deseruiens pmissis. ꝙ deus oīa sil' intelligit. Istā ꝓbat ibidē ca. 55. Intellect⁹ inq̄t noster sil' actu intelligere non pōt multa. q2 cū intellectus in actu sit intelligibile i actu si plura sil' actu intelligeret. seq̄ret̄ ꝙ intellect⁹ sil' eēt plura sm̄ gen⁹ vnū. qđ ē ipossibile. dico aūt sm̄ vnū gen⁹. q2 nihil ꝓhibet idē subiectū informari diuersis formis diuersoꝝ generꝝ. sicut idem corp⁹ est figuratū ꝛ coloratū: spēs autē intelligibiles quib⁹ intellect⁹ formatur ad hoc ꝙ sit ipsa intellecta in actu oēs sunt vni⁹ generis. hñt eni vnā rōnē essendi sm̄ esse intelligibile. licȝ res quaꝝ sunt species in vna essendi non ꝯueniant rōne. vñ nec contrarie sunt per contrarietatē rerū q̄ sunt extra aīam. ꝛ inde est ꝙ qū aliqua multa accipiunt̄ quocūqȝ mō vnita sil' intelligunt̄. sil' eni intelligit totū continuū non ptē post ptē. ꝛ similiter sil' intelligit ꝓpositionē non prius subiectū ꝛ postea predicatū. q2 sm̄ vnā toti⁹ spēm oēs ptes cōprehēdit. Ex his accipe possum⁹ ꝙ q̄cūqȝ plura vna specie cognoscūt̄ sil' pñt intelligi. oīa aūt q̄ de⁹ cognoscit vna spē cognoscit q̄ ē sua essentia. ut ex dictis pȝ. oīa igit̄ sil' intelligere pōt. ¶ 2º sic. Intellect⁹ successiue multa cogn̄oscentis ꝛ considerātis. ipossibile est eē vnā tantū opationē. cū eni opatiōes sm̄ obiecta differāt oportebit eē diuersā opationē intellect⁹ q̄ cōsiderabitur pmū ꝛ q̄ cōsiderabit̄ 2m. Intellect⁹ aūt diuin⁹ est vna opatio q̄ est sua eēntia. nō igit̄ successiue sȝ sil' oīa sua cognita ꝯsiderat. ¶ 3º sic. Successio intelligi non pōt nec tēp⁹ sine motu. cū temp⁹ sit numerus motus sm̄ pus ꝛ posterius. in deo aūt ipossibile ē esse motū aliquē. nulla igit̄ ē in dīna ꝯsideratione successio. ꝛ sic oīa q̄ cognoscit sil' cōsiderat. hec ille. ¶ 6ª ꝯ̄ ē ꝙ deus cognoscit enūciabilia ꝛ cōplexa p̄dictis non obstantib⁹. Istā ꝓbat ibidē ca. 58. sic. Licȝ inq̄t deus non ꝯsideret res cōponēdo ꝛ diuidēdo. nō tm̄ ꝓpter h̄

oȝ nos dicere ꝙ enūciabilia ignoret. nā eēntia sua cū sit simplex ꝛ vna exemplar est omniū simpliciū ꝛ cōpositoꝝ. ꝛ sic ꝑ ipsam de⁹ oēm multitudinē ꝛ compositionē tam nāe q̄ȝ rōnis cognoscit. ¶ 2º sic ca. 59. Dīna simplicitas pfectionē non excludit q2 in suo esse simplici hȝ quicq̄d pfectionis in aliis rebus ꝑ quādā aggregationē pfectionū seu formarū inuenit̄. Intellect⁹ aūt noster apprehendendo incōplexa nondū ptingit ad vltimā sui pfectionē. q2 adhuc ē in potentia respectu cōpositionis ꝛ diuisionis. sicut in nālib⁹ simplicia sunt in potentia respectu cōmixtorū ꝛ ptes respectu toti⁹. De⁹ igit̄ sm̄ suā simplicē itelligentiā illā pfectionē cognitionis hȝ quā itellect⁹ noster hȝ ꝑ vtrāqȝ cognitionē cōplexoꝝ. s. ꝛ incōplexorū. hec ille. Et vlterius ꝯcludit aliā ꝯ̄nē sic dicens. Si veritas cōsequit̄ intellectū nostrū in sui pfecta cognitione qū iam vsqȝ ad cōpositionē ꝑuenit. ḡ ꝛ i ipsa simplici dei intelligētia est veritas. Itē pma pte. q. 14. arti. 14. dicit. Formare inquit enūciabilia est in pte intellect⁹ nr̄i. de⁹ āt scit q̄cq̄d est in potentia sua vl' creature. vñ necesse ē ꝙ sciat oīa enūciabilia q̄ formari pñt. hec ille. ¶ 7ª ꝯ̄ ē ꝙ dīna cognitio uel scīa nō ē vniuersalis nec pticularis. Istā ꝓbat p̄ sen. di. 35. q. 1. arti. 5. Cōditiones inq̄t scientie precipue attendunt̄ sm̄ rōnem medii. ꝛ silr̄ cuiuslibet cognitionis. illud aūt ꝑ qđ cognoscit quasi medio est diuina essentia que non pōt dici vniuersalis. q2 oē vl'e additionē recipit alicuius per qđ determinat̄. ꝛ ita est i potentia ꝛ iperfectū in esse. Silr̄ nō pōt dici particulare. q2 particularis pncipiū ē mā uel aliq̄d loco materie se hñs: qđ deo nō ꝯuenit. similiter a diuina eēntia oīs potentia passiua ꝛ quasi passiua ꝛ mālis remota est cum sit act⁹ purus. vñ etiam nec rō habitus sibi cōpetit. q2 habitus non est vltima opatio q̄ perficit habentē. ꝛ iō scientia dei neqȝ est vniuersalis neqȝ particularis. nec in potentia dici pōt. sȝ tm̄ in actu. hec ille. Confirmat hoc ꝑ cōmētatorē 11º metaphisice dicētē. ꝙ sciētia dei neqȝ est vniuersalis neqȝ particularis nec in potentia. Et ibidem ad 2m dicit. ꝙ q̄uis de⁹ cognoscat ꝓpriā nām cuiuslibet rei. non tm̄ cognoscit per aliquid acceptū a re. q2 ut dicit Dionysius i 7º ca⁹ de diuinis nominib⁹. Diuina scientia non īmittit se singulis rebus que cognoscunt̄. nec est alia scientia qua seipsum cognoscit ꝛ alias res. ꝛ ideo non potest dici particularis. q2 ꝓprie illa scientia est particularis q̄ ē ꝑ mediū particulare a re acceptū. hec ille. Et ibidem ad primū dicit. Q̄uis diuina eēntia sit vniuersalis causa rerū. non tamen ita ꝙ aliq̄d sit sibi addibile per qđ ꝓpria ꝛ perfecta causa efficiat̄. imo ꝑ seipsam est sufficiēs ꝛ perfecta causa cuiuslibet rei. ꝛ ideo cognitio q̄ est per talem causam. non est scientia in vniuersali. sed i ꝓpria natura cuiuslibet rei. hec ille. Idem ponit prima parte. q. 14. arti. p̄ ad 3m. ¶ 8ª ꝯ̄ est. ꝙ scientia dei est causa rerum. Istam probat sic pma parte. q. 14. arti. 8. Sic se habet scientia dei ad oēs res creatas. sic scīa artificis se hȝ ad artificiata. scientia autē artificis est causa artificiatorum eo ꝙ artifex opat̄ ꝑ suū intellectū. vñ oȝ ꝙ forma intellect⁹ sit pncipiū opatiōis. sicut calor ē pncipiū calefactiōis

Sʒ considerandũ est ꝙ forma naturalis inq̃tũ ẽ forma manens ĩ eo cui dat eẽ nõ noiat principiũ actiõis ſᷓm ꝙ habet inclinationẽ ad effectũ. ⁊ ſiliter forma intelligibilis nõ noiat pͥncipiũ actionis ſᷓm ꝙ est tm̃ in intelligente niſi adiũgaꝛ̃ ei inclinatio ad effectũ q̃ est ꝑ voluntatẽ. cũ eni forma intelligibilis ad opposita se habeat: cũ ſit eadẽ ſcia oppoſitoꝝ: nõ ꝓduceret effectũ determinatũ niſi determinareꝛ̃ ad vnũ ꝑ appetitũ. ut dᷓ ix° metaphiſice. manifestũ est aũt ꝙ deꝰ ꝑ intellectũ ſuũ cauſat res cũ ſuũ eſſe ſit ſuũ intelligere. vñ neceſſe ẽ ꝙ ſua ſcia ſit cã rerũ ſᷓm ꝙ hʒ voluntatẽ adiũctã. vñ ſciẽtia dei ſᷓm ꝙ est cã reꝝ ꝯſueuit noiari ſcia approbatiõis. hec ille. Eandẽ ꝯ̃nẽ ꝓbat de veritate. q. z. arti. 14. ſic dicẽs. Effectꝰ ingꝛ̃ nõ põt eẽ ſimplicior ſua cã. vñ oꝫ ꝙ in quibuſcũq; iueniꝛ̃ vna nã ꝙ ſit reducere ĩ vnũ ꝑmũ illiꝰ nature. ſic oia calida reducunꝛ̃ ad vnũ primũ calidũ. ſ. ad ignẽ qui est cauſa caloris in alijs. ut diciꝛ̃ z° metaphiſice. ⁊ iõ cũ ois ſilitudo attendaꝛ̃ ſᷓm aliquã cõuenientiã alicuiꝰ forme. oꝫ ꝙ quecũq; ſunt ſimilia ita ſe habeãt ꝙ uel vnũ ſit cã alterius uel ambo ex vna cauſa cauſenꝛ̃. In oi autẽ ſcientia est aſſilatio ſciẽtis ad ſcitũ. Vñ oportet ꝙ uel ſcia ſit cauſa ſciti. uel ecõtra ſcitũ ſit cauſa ſcientie. uꝉ vtrũq; ab vna cauſa cauſeꝛ̃. Non põt aũt dici ꝙ res ſcite a deo ſint cauſa ſcie in eo. qꝛ cũ res ſint tẽporales: ⁊ ſcia dei ſit eterna. tẽporale aũt nõ põt eſſe cauſa eterni. Siliter nõ põt dici ꝙ vtrũq; ab vna cã cauſetur. qꝛ in eo nihil põt eẽ cauſatũ cum ipſe ſit quicq̃d habet. Vñ relinquiꝛ̃ ꝙ ſcientia eiꝰ ſit cã rerũ. ſed econuerſo ſcia nostra cauſata est a rebꝰ inq̃tũ. ſ. eã a rebꝰ accepimꝰ. ſed ſcia angeloꝝ nõ est cauſa rerũ neq; ab eis cauſata. ſed vtrũq; est ab vna cã. ſicut eni formas nãles influit deꝰ rebꝰ ut ſubſiſtant. ita ſilitudines eaꝝ influit mentibꝰ angeloꝝ ad cognoſcẽdũ res. hec ille. ⁊ ſubdit. Sciendũ tñ ꝙ ſcia inq̃tũ ſcia nõ dicit cauſã actiuã. ſicut nec forma inq̃tũ est forma. actio eni ẽ ut in exeundo aliq̃d ab agente. ſed forma inq̃tũ hᵒ hʒ eſſe in ꝑficiendo illud in quo est ⁊ quieſcendo in ipſo. ⁊ iõ forma non est pͥncipiũ agendi. niſi mediãte virtute. ⁊ in quibuſdã q̃dẽ ipſa forma est virtus. ſʒ non ſᷓm rõnẽ forme. In quibuſdã aũt virtꝰ aliud est a forma ſubſtãtiali rei. ſicut videmus in aliquibꝰ corporibꝰ a quibus nõ ꝓgrediunꝛ̃ actiones niſi mediãtibꝰ aliquibꝰ ſuis q̃litatibus. ſimiliter etiã ſcientia ſignꝛ̃ ꝑ hoc ꝙ aliq̃d est in ſciẽte. ⁊ ideo a ſcia nõ ꝓcedit effectus niſi mediãte volũtate que de ſui rõne ĩportat quẽdã influxũ ĩ volitũ uel ad volita. ſicut a ſubã nũq̃ exit actio niſi mediãte virtute q̃uis in quibuſdã ſit idẽ ſcia ⁊ volũtas ut in deo. in quibuſdã aũt ut in alijs a deo ſunt diuerſa. Siliter etiã a deo cũ ſit ꝑma cauſa oiuʒ ꝓcedũt effectus mediãtibꝰ cauſis ſecũdis. vñ inter ſciam dei q̃ ẽ cauſa rei ⁊ ipſam rem cauſatã iueniꝛ̃ duplex mediũ vnũ. ſ. ex pte dei. ſ. diua voluntas. aliud ex pte ipſaꝝ reꝝ q̃tũ ad q̃ſdã effectus. ſ. cauſe z° quibꝰ mediantibus ꝓueniãt res a ſcia dei. ois aũt effectꝰ nõ ſolũ ſequiꝛ̃ cõditionẽ cauſe ꝑme. ſʒ etiã medie. ⁊ iõ res ſcite a deo ꝓcedũt ab eiꝰ ſcia ꝑ modũ volũtatis ⁊ ꝑ modũ cauſaꝝ ſecũdaꝝ. nec oportet ꝙ in oibus modũ ſcientie ſequanꝛ̃. hec ille. Idẽ ponit ꝑ̃ ſen. vbi ſupra.

¶ 9ᵃ ꝯ̃ ẽ ꝙ ſcia dei est inuariabilis. Iſtã ponit de veritate. q. z. arti. 1z° quã ſic ꝓbat. Cũ inquit ſcia ſit mediũ inꝛ̃ cognoſcentẽ ⁊ cognitũ duplex põt accidere variatio in ipſa. vno° ex pte cognoſcentis. alio° ex pte rei cognite. ex pte aũt ſciẽtis tria cõſideranꝛ̃ in ſcia. ſ. ipſa ſcia: actus eiꝰ. ⁊ modus eiꝰ. ⁊ ſᷓm hec tria põt accidere variatio in ſcia. accidit eni variatio in ea ex pte ſcie ipſiꝰ q̃ñ de nouo acquiriꝛ̃ ſcia alicuiꝰ qᵭ ꝑ̃us neſciebaꝛ̃. uꝉ amittiꝛ̃ ſcia illius qᵭ ꝑ̃us ſciebaꝛ̃. ⁊ ſᷓm hoc attendiꝛ̃ generatio ⁊ corruptio aut augmẽtũ ⁊ diminutio ſcie. talis aũt variatio in diuina ſcia accidere nõ põt. qꝛ ſcia diuina ut ſupra ẽ oſtenſũ. nõ ſolũ est entiũ ſed nõ entiũ etiã. nõ põt aũt aliq̃d eẽ ꝑ̃ter ens uel nõ ens. qꝛ inꝛ̃ affirmationẽ ⁊ negationẽ nõ est mediũ. Q̃uis aũt ſcientia dei ſᷓm quẽdã modũ ſit tm̃ exĩtiũ in pñti preterito uel futuro ſᷓm ꝙ ſcia ordinaꝛ̃ ad opus qᵭ facit voluntas. ſi tñ ꝑ hũc modũ ſciendi ſciret aliq̃d qᵭ ꝑ̃us neſciuit nulla variatio ex hᵒ accideret in ſcia eiꝰ cũ ipſa ſit eq̃liter entiũ ⁊ nõ entiũ q̃tũ ex pte eiꝰ est. ſʒ ſi eẽt ex hᵒ aliq̃ mutatio in deo. hᵒ eẽt ex pte volũtatis q̃ determinat ſciam ad aliq̃d ad qᵭ pᵉiꝰ nõ determinabat. ſʒ nec in voluntate ipſiꝰ aliq̃ mutatio accidere põt. cũ eni hᵒ ſit de rõne voluntatis ut libere actũ ſuũ ꝓducat. q̃tũ est ex ipſa rõne voluntatis eq̃liter põt ĩ vtrũq; oppoſitoꝝ exire. ut. ſ. velit uel nõ velit. facere aut nõ facere. ſʒ tñ nõ põt eſſe ut ſiꝉ dũ vult nõ velit. nec in voluntate diua q̃ ĩmutabilis est põt accidere ut ꝑ̃us voluerit aliq̃d ⁊ postea noluerit illud idẽ ſᷓm idẽ tẽpꝰ. qꝛ ſic voluntas eiꝰ eſſet tẽporalis ⁊ nõ tota ſiꝉ. vñ ſi loq̃mur de neceſſitate abſoluta nõ ẽ neceſſe eũ velle hᵒ quod vult: qᵭ abſolute loquẽdo poſſibile est eũ non velle. Sʒ ſi loq̃mur de neceſſitate q̃ ẽ ex ſuppoſitiõe ſic neceſſariũ ẽ eũ velle ſi voluerit uꝉ vult. ⁊ ſic ex ſuppoſitiõe ꝑ̃dicta loquẽdo nõ ẽ poſſibile eũ nõ velle. ſ. ſi vult aut voluerit. mutatio aũt cũ req̃rat duos terminos ſꝑ reſpicit vltimũ ĩ ordine ad ꝑmũ. vñ hoc ſolũmodo ſequereꝛ̃. ſ. ꝙ eiꝰ voluntas eẽt mutabilis ſi eſſet poſſibile eũ non velle qᵭ vult ſi ꝑ̃us voluiſſet. ⁊ ſic pꝫ ꝙ pñt eſſe plura a deo ſcita ꝑ hũc modũ ſcientie uꝉ pauciora nulla variatione poſita in eiꝰ voluntate uel ſciẽtia. hoc eni est eũ poſſe plura ſcire qᵭ poſſe ſciam ſuam ꝑ voluntatẽ determinare ad plura faciẽda. Sʒ ex pte actus accidit variatio in ſciẽtia tripliciter. vno mõ ex eo ꝙ actu ꝯſiderat qᵭ non ꝑ̃us ꝯſiderauit. ſicut dicimus illũ variari q̃ exit ab habitu in actũ. Iſte aũt variationis modꝰ in ſcia dei eſſe non põt. qꝛ ipſe non est ſciens ſᷓm habitũ. ſed ſᷓm actũ ſolũ. qꝛ non est in eo aliqua potentialitas qualis est in habitu. Alio mõ ꝯtingit variatio in actu ſciendi ex hᵒ ꝙ mõ conſiderat vnũ modo aliud. ſʒ illud eſſe nõ põt in diuina cognitione. qꝛ ipſe ꝑ vnã ſpẽm ſue ſcientie omnia videt ⁊ oia ſimul intuetur. 3° mõ ex hoc ꝙ aliq̃s cõſiderando diſcurrit de vno in aliud: quod in deo accidere non põt. quia cum diſcurſus duo requirat inter que ſit. nõ põt dici diſcurſus in ſciẽtia ex hoc ꝙ duo videat ſi illa duo videt vnico intuitu. quod accidit i diuina cognitione uel ſcientia ex hoc ꝙ omnia per vnam ſpeciem videt

Sʒ ex pte modi cognoscēdi accidit variatio in scīa. ex h̄
ꝙ aliqd limpidi⁹ ⁊ pfecti⁹ cognoscit nunc q̄3 pus. qđ qdē
pōt ɔtingere ex duob⁹. vno⁹ ex diuersitate medij per
qđ fit cognitio sicut accidit in eo q prius sciuit aliqd p
mediū pbabile ⁊ postea scit idē p mediū necessarium
qđ etiā in deo accidere nō pōt. qꝛ eēntia sua q̄ ē ei me/
diū cognoscēdi est inuariabilis. alio⁹ ex virtute intellecti/
ua ſm ꝙ vn⁹ hō melioris ingenij acuti⁹ aliqd cognoscit
etiā p idē mediū. qđ etiā in deo accidere non valet. qꝛ
virt⁹ q̄ cognoscit sua eēntia ē: q̄ inuariabilis ē. ꝗ relinq̄
diuinā sciam oīo iuariabilē esse ex pte cognoscentis.
Ex pte aūt rei cognite scīa variat̄ ſm v̄itatē ⁊ falsita/
tē. qꝛ eadē existimatione remanēte: si res mutet̄ erit
existimatio falsa q̄ pri⁹ fuit vera. q̄ etiā ī deo accidere
nō pōt. qꝛ diuin⁹ intuit⁹ fert̄ ad rē ſm ꝙ est in sua pre/
sentialitate put ē iā determinata ad vnū. ⁊ vlteri⁹ q̄tū
ad hoc nō pōt variari. si eni res ipsa aliā dispositionē
accipiat iterū illa erit eodē mō diuine visiōi subiecta
⁊ sic scīa dei nullo mō est variabilis. hec ille. Et arti. 5⁹
ad xi^m dicit. Scīa dei nō variat̄ ſm variationē scibi/
liū. ex h̄ eni ɔtingit ꝙ nostra scīa ex eoꝝ variatiōe va
riet̄. qꝛ alia cognitione cognoscit res p̄ntes p̄teritas uel
futuras. ⁊ inde est ꝙ forte nō sedere illa cognitio q̄ ha
bebat̄ de eo ꝙ sederet efficit̄ falsa. sꝫ de⁹ vno intuitu
cognoscit res ut p̄ntes p̄teritas uel futuras. Unde eadem
v̄itas in ei⁹ ītellectu remanet q̄litercūq3 res variet̄. h̄
ille. Et arti. 13. ad 7^m dicit. Deus scit enūciabilia nō cō
ponendo aut diuidēdo. ⁊ iō sic cognoscit res eodē modo
qn̄ sunt ⁊ qn̄ nō sunt. ita cognoscit enūciabilia qn̄ sunt
vera ⁊ qn̄ sūt falsa. qꝛ vnūqđq3 scit eē verū illo tpe q̄
verū est. scit eni h̄ enūciabile esse verū. s. petrū curre/
re illo tpe quo verū est. ⁊ silr̄ h̄ enūciabile petrū eē
cursurū. ⁊ sic de alijs. ⁊ iō q̄uis non sit mō verū petꝝ
currere. sꝫ cucurrisse. nihilomin⁹ tn̄ de⁹ vtrūq3 scit qꝛ
sil' intuet̄ vtrūq3 tēp⁹ q̄ vtrūq3 enūciabile est verū. si āt
sciret enūciabilia formādo enūciabilia in seipso. tunc
nesciret aliqđ enūciabile. nisi qn̄ est verū. sicut ⁊ ī no/
bis accidit ⁊ sic scīa eius variaret̄. hec ille. Eandē po/
nit ɔnē p̄ma pte. q. 14. arti. 15. s. ꝙ scīa dei est inuaria/
bilis. verūtn̄ ibidē ad 3^m r̄ndendo dicit oppositū eius
qđ p̄rime dictū est. ait eni. ꝙ hec nō ē vera: qcqd de⁹
sciuit adhuc scit. si ad enūciabilia referat̄. sꝫ ex h̄ non
seq̄ ꝙ scīa dei sit variabilis. sicut eni absq3 variatione
diue scie ē ꝙ sciat vnā ⁊ eādē rē qn̄q3 eē ⁊ qn̄q3 nō eē
ita absq3 variatione diue scie ē ꝙ sciat aliqđ enūcia/
bile qn̄q3 esse verū ⁊ qn̄q3 eē falsū. eēt aūt scīa dei ex
h̄ variabilis si enūciabilia cognosceret p modū enun/
ciabiliū cōponēdo ⁊ diuidendo. sic accidit in itellectu
nr̄o. vn̄ cognitio nr̄a variat̄ ſm v̄itatē ⁊ falsitatē. puta
si mutata re eādē opinionē de illa re teneam⁹. uł ſm
diuersas opiniones. ut si p̄ opinemur aliquē sedere ⁊
postea opinemur illū nō sedere quoꝝ neutrū pōt esse
ī deo. hec ille. ¶ 10. ɔ est. ꝙ diua scīa nō ē vniuoca scie
nr̄e nec equoca. sꝫ analoga. Istā pbat de veritate. q.
2. arti. 11. Impossibile inq̄t est aliqd p̄dicari vniuoce
de deo ⁊ creatura. in omnib⁹ enim vniuocis cōis ē rō
nois vtriq3 eoꝝ de quib⁹ nomem vniuoce p̄dicat̄.
⁊ sic q̄tū ad illi⁹ nois rōnē vniuocata in aliq̄ eq̄lia sūt
q̄uis ſm eē vnū altero possit eē p̄us uel posteri⁹. sic ī
rōne numeri oēs numeri sūt equales q̄uis ſm nomē
rei vnus alio p̄or sit. creatura autē quātūcūq3 imitet̄
deū nō pōt attingere ad h̄ ut eadē rōne aliqd sibi con
ueniat q̄ cōuenit deo. Illa eni q̄ ſm eandē rōnē sūt in
diuersis. sunt eis cōia ſm rōnē sub̄e uel qdditatis. sed
sunt distincta ſm eē. qcqd aūt est in deo h̄ est suū esse.
sicut eni essentia in eo est idē qđ eē. ita scīa idem est ꝙ
scientē esse. vn̄ cū eē qđ est p̄priū vni rei nō possit al/
teri cōicari. ipossibile ē ut creatura ptingat ad eandē
rōnē hn̄di aliquid qđ hꝫ deus. sic ⁊ impossibile ē ꝙ ad
idē esse perueniat. silr̄ etiā in nobis eēt. si eni in pe/
tro non differret hō ⁊ hoīem esse. ipossibile esset ꝙ hō
vniuoce diceret̄ de petro ⁊ de paulo quib⁹ est diuer/
sū eē. Nec pōt dici ꝙ oīo equoce p̄dicet̄ qcqd de deo
⁊ creaturis dr̄ qꝛ nisi eēt aliq̄ ɔueniētia creaturaꝝ ad
deū ſm rē sua eēntia nō eēt creaturaꝝ silitudo. ⁊ ita
cognoscēdo eēntiā suā nō cognosceret creaturas. simi/
liter etiā nec nos ex reb⁹ creatis in cognitionē dei pos
sem⁹ p̄uenire. nec nominū q̄ creaturis aptant̄ vnum
magis de eo esset dicēdū q̄3 aliud. qꝛ ex equiuocis nō
differt qđcūq3 nomē iponat̄. ex q̄ nulla rei cōuenien
tia attendit̄. vn̄ dicēdū est ꝙ nec oīo vniuoce nec pu/
re equiuoce nomē scie de scientia deit nostra p̄dicat̄
sꝫ ſm analogiā qđ nihil aliud est dictu q̄3 ſm p̄portio/
nē. ɔuenientia aūt ſm p̄portionē pōt eē duplex. ⁊ ſm
h̄ attendit̄ duplex analogie cōitas. est eni qdā ɔueniē
tia inter ipsa quoꝝ ē ad inuicē p̄portio eo ꝙ hn̄t distā/
tiā uel habitudinē aliā ad inuicē. sicut binari⁹ cū vni/
tate eo ꝙ est ei⁹ duplum. ɔuenientia etiā quādoq3 at/
tendit̄ n̄ duoꝝ ad inuicē inter que sit p̄portio. sꝫ ma/
gis ad inuicē duaꝝ p̄portionū. sicut senarius ɔuenit
cū q̄ternario in hoc ꝙ sicut senarius est duplū terna/
rij. sic quaternari⁹ binarij. p̄ma ergo ɔueniētia ē p̄por
tiōis. 2ª aūt p̄portionalitatis. vn̄ ⁊ ſm modū p̄me cō/
uenientie iuenim⁹ aliqd analogice dictū de duobus
quoꝝ vnū ad alterū habitudinē hꝫ. sicut ens dicit̄ de
substantia ⁊ accidente ex habitudine quā sub̄a ⁊ acci
dens habent. ⁊ sanū dicit̄ de vrina ⁊ aīali ex eo ꝙ vri/
na aliquā habitudinē habet ad sanitatem aīalis. qn̄q3
v̄o dicit̄ aliquid analogice 2⁹ mō ɔuenientie. sicut no
men visus dicit̄ de visu corporali ⁊ intellectu eo ꝙ si/
cut visus est in oculo. ita intellectus est in mente. qꝛ ꝗ
in his que dicunt̄ analogice p̄ mō oportet esse aliquā
determinatā habitudinē inter ea quib⁹ est aliqd cōe
per analogiā. impossibile est aliqd p hunc modū analo
gice dici de deo ⁊ creatura. qꝛ nulla creatura hꝫ talē
habitudinē ad deū p quā possit diua perfectio deter/
minari. sꝫ in alio mō analogie nulla determinata habi/
tudo attendit̄ int̄ ea quib⁹ est aliquid p analogiā cōe.
⁊ ideo ſm istū modū nihil p̄hibet aliqđ nomen analo/
gice dici de deo ⁊ creatura. sed tamen hoc ɔtingit du
pliciter. quandoq3 eni illud nomen importat aliqd ex
principali siḡtione in quo non potest attēdi analogia
inter deum ⁊ creaturā. etiā p̄dicto modo. sicut ē in
omnib⁹ que simbo^ce dicuntur de deo. ut cum dicitur
leo sol uel hꝫ. quia in horum diffinitione cadit mate/
ria q̄ deo attribui nō pōt. qn̄q3 v̄o nomen qđ de deo

⁊ creatura dicit̃ nihil importat ex principali ſignificato ſm quod non poſſit attendi predictus conuenientie modus inter creaturam ⁊ deū. ⁊ ſic ſunt omnia in quoꝝ diffinitione nō claudit̃ defectꝰ neq; depēdēt a mā ſm eē. ut ens bonū ⁊ hꝫ. hec ille. Eandem ſententiā ponit de potentia dei. q. 7. arti. 7º. Itē pma pte. q. 13. arti. 4 et 5º. Itē ꝯ̄ gentiles. caº. 33º et 34º. Et p̄ ſen. diſ. 35. q. 1. arti. 4º. Sed tunc eſt dubiū q2 in omnibꝰ analogicis ita eſt ꝙ vnū ponit̃ in diffinitione alteriꝰ. ſicut ſubſtā‑tia ponit̃ in diffinitione accidētis. ⁊ actus ponit̃ i diffinitione potentie uel ſaltē idē ponitur in diffinitione vtriuſq;. ſic ſanitas aīalis ponitur in diffinitione ſani qḋ dr̃ de vrina ⁊ ſani qḋ de cibo: qrū alteꝝ ē ꝯſeruatiuū aliud ſignificatiuū ſanitatis. ſꝫ deus ⁊ creature non ſe hnt̄ h̄ mō. q2 neq; vnū ponit̃ in diffinitiōe alteriꝰ neq; aliqḋ idē i diffinitiōe vtriuſq;. dato etiā ꝙ deꝰ diffinitionē haberet. ⁊ ſic videt̃ ꝙ nihil ſm analogiā dici poſſit de deo ⁊ creaturis. Ad hoc rn̄det ipſe de veritate q. 2. arti. 11º ad 6ᵘᵐ dicens. ꝙ rō illa ꝓcedit de coītate analogie que accipit̃ ſm determinatā habitudinem vniꝰ ad alterū. tūc eni oꝫ ꝙ vnū ponat̃ in diffinitione alterius. ſicut ſubſtā in diffinitione accidentis uł aliqḋ vnū in diffinitione duoꝝ. ex eo ꝙ vtraq; dicunt̃ ꝑ habitudinē ad vnū. ſicut ſubſtā in diffinitiōe qualitatis ⁊ quantitatis. hec ille. ¶ Sꝫ ꝯ̄ iſta arguit Aureolus. Et qḋē ꝯ̄ pmā ꝯ̄nē p̄ loco arguit in h̄ ꝙ diſtinguit in deo ſciam eſſentie ſue ⁊ ſciam creaturarū ſm rōnē. arguit igit̃ ſic. Si mens apprehēdat intellectionē q̄ deꝰ intelligit creaturā uel aliā ab intellectione q̄ intelligit eēntiā. aut h̄ ē q2 itellectio creature ꝯcipit̃ ut imediate tēdēs i eā abſq; eēntia. aut ut tendēs i eā mediāte eēntia. ⁊ ita ut differūt ab illa q̄ imediate in eēntiā tēdit. vn̄ poſſumꝰ dicere ꝙ uel differūt ſm ꝑciſionē. q2 intellectio eēntie ꝯcipit̃ ut ꝑciſe tendens in eēntiā. intellectio v̄o creature ut tendens ſit̃ in eēntiā ⁊ cū h̄ creaturā. uel differunt ſm diſpationē. q2 vna diſpate tendit in eſſentiā diuinā abſq; creatura. alia v̄o i creaturā abſq; eſſentia. ſꝫ manifeſtū ē ꝙ ſi deᷓ pmū iam non ſūt due intellectiones ſꝫ vna. q̄ qūq; ſumit̃ ꝑciſe ut ad eſſentiā terminat̃. qūq; v̄o ſumit̃ ut vlteriꝰ tendens in creaturā. ⁊ ſm hoc nō eſt aliq̄ diſtinctio in cognitione. ſꝫ tm̄ in obiectis. nā ſi alia eſt intellectio q̄ ꝑciſe fert̃ in eēntiā ab illa q̄ fert̃ in eſſentiā ⁊ in creaturā. ſequit̃ ꝙ duplici intellectione ſm rōnē deus intelligit eſſentiā ſuam. vna. ſ. ꝑciſe ſine creatura. alia v̄o ſimul cū creatura. imo nō oꝫ pmā ponere ꝙ ſufficiēt intelligit deus ſuā eēntiā pzᵃᵐ. ⁊ ſicut in 2ᵃ nō eſt alia ⁊ alia intellectio ſm rōnē eſſentie ⁊ creature. imo ſimpliciter vna. ſic abſolute dici oꝫ ꝙ in deo nō ē alia intellectio eſſentie ⁊ creature etiā ſm rōnē. Nec pōt dari 2ᵐ. ſ. ꝙ differant ſm diſpationē. impoſſibile ē eni vere cōcipere ꝙ deus intelligat creaturā imediate non intelligendo ſuā eſſentiā. q2 tunc eſſentia non eēt rō intelligēdi creaturā. nec mediaret in deo int̃ actū intellectionis ⁊ ipſam creaturā. nec eſſet obiectū pmariū illiꝰ intellectiōis q̄ a deo apprehēdit̃ creatura. qḋ tu negas. ꝗ manifeſtū eſt ꝙ intellectio dei nō pōt reſolui in duas ſm rōnē quaꝝ vna ſit eēntie ⁊ alia creature. ¶ 2º ſic. Aut intellectio creaturaꝝ a deo precedit ſm ordinē rōnis ꝓductionē vbi. aut nō. ſꝫ neutrū pōt dari. igit̃. hꝰ ꝓbat̃. Nā nō pōt dici ꝙ intellectio creaturaꝝ ꝑcedat ordine rōnis ꝓductionē vbi. tū q2 qḋ eſt eſſentialiꝰ et intimius deo ſm rōnē ꝑcedere videt̃ minꝰ eſſentiale. ſꝫ emanatio verbi ē qḋ intimius ⁊ eſſentialius deo q̄ intellectio creaturaꝝ. nihil enim cōnotans creaturā ē ita intimū deo ſic ꝑſona. ꝗ emanatio verbi ꝑus intelligi debet quodā ordine rōnis in deo q̄ intellectio alicuius creature. tum 2º q2 oē neceſſe eſſe ꝑus ē q̄ ꝯtingēs. ſꝫ ꝑſone diue ⁊ emanationes ſūt neceſſe eē. creature v̄o ſūt ꝯtingentes. ⁊ q̄dā eaꝝ noticia eſt ꝯtingens. ſ. illa q̄ eſt reſpectu futuri cōtingentis. potuit eni deꝰ nō noſce antichriſtū futurū. q2 potuit nō eſſe futurus. ꝗ emanatio verbi ꝑcedit hāc intellectionē. Nec pōt dari aliud membrū. tū p̄ q2 illud qḋ coīcat̃ alteri ꝑ ꝓductionē ꝑintelligit̃ i ꝓducēte. q2 non pōt coīcare qḋ nō hꝫ. ſꝫ pr̃ ꝓducēdo verbū coīcat ſibi intellectionē creaturaꝝ. ꝗ preintelligit̃ eā habere in ſe. tum 2º q2 ſm Augᵘᵐ 6º de trinitate filius ꝓcedit a patre ſicut lumē de luce ⁊ ars de arte ſꝫ ars iportat noticiā creaturaꝝ. ꝗ pat̃ ꝑhabet i ſe noticiam creaturaꝝ. ſm quā dr̃ ars aliquo ordine rōnis ꝑus q̄ filius ꝓducat̃. tum 3º q2 verbū in diuinis non ſolū eſt verbū eēntie. imo eſt verbū creature. ſꝫ nō ꝓcederet ut verbū creature. niſi intellectio creature ꝓcederet in patre. igit̃. ¶ 2º loco arguit ꝯ̄ illud qḋ dicit ꝯ̄ ꝙ ſcꝫ deus de creabilibꝰ nō fiendis nō hꝫ ſciam practicā. ſꝫ tm̄ de fiendis. Primo q2 ſi noticia fiendoꝝ tm̄ modo ſit practica non eſt factibiliū dato ꝙ non ſint fienda ſequit̃ ꝙ ars viellandi uel ſcia medicine in hiis q nō ꝓponūt vnq̄ viellare aut potiōes dare erūt ſpeculatiue ⁊ nō practice. vn̄ quilibet poterit ꝓ libito voluntatis ſue facere ſciam ſuā nunc practicā ꝓponēdo vti ea. nunc v̄o ſpeculatiuā ꝓponendo ꝙ nūq̄ illa vtat̃. hoc aūt dicere eſt abſonū. ꝗ ꝙ deꝰ ꝓponat aliq̄ ſe facturū. alia v̄o non. nihil facit ad h̄ ꝙ illa noticia ſit practica. iſta v̄o ſpeculatiua. ¶ 2º q2 ſcientia practica dr̃ actiua uel operatiua. ut pꝫ 6º metaphiſice. hec autem actiuitas nō oꝫ ꝙ ſit actualis. alias nullꝰ haberet ſciētiā practicā niſi dū actu operat̃. ſꝫ intelligi debet potentialis ⁊ aptitudinalis. ſꝫ manifeſtū ē ꝙ noticia quā hꝫ deꝰ reſpectu rerū q̄s etiā non diſponit ſe facturū dici poteſt actiua actiuitate aptitudinali. poſſet enim deus ꝓducere per eā illa que non ꝓducet. ꝗ talis noticia practica remanebit. ¶ 3º loco arguit ꝯ̄ hoc qḋ dictū eſt in illa ꝯ̄ne. ſ. ꝙ ſcire operabilia quo ad eoꝝ diffinitiones ⁊ predicata vlia eſt ſcire ſpeculatiuū ⁊ nō practicū. Et p̄ arguit ſic. Cōſtat inqt ꝙ moraľ ſciētia tradita in libro ethiᶜ practica eſt ⁊ actiua. ſꝫ pħus ibi diffinit felicitatē ⁊ virtutem. ⁊ virtutes diuidit. ⁊ eaꝝ ꝓprietates inqrit. ergo cognoſcere diffinitiones diuiſiones ⁊ hꝫ de rebus opabilibus ſpectat ad ſciētiā practicā ⁊ nō ſpeculatiuā. ¶ 2º ad idē. Si talia de rebꝰ opabilibꝰ ad ſciam ſpeculatiuā ꝑtinerēt. ſequeret̃ ꝙ de oi opabili poſſent eē due ſciētie. ſ. ſcia practica ⁊ ſpeculatiua. ſꝫ h̄ ē falſū. q2 nullꝰ dicit ꝙ ſit duplex moralis vna practica ⁊ alia ſpeculatiua. ꝗ idē qḋ pꝰ

